

Sed contraria sententia, que verior est, probatur imprimis, quia textus in d. c. 6. *seff. 25. de reform.* loquitur de processu criminali, ubi probatur ex *vers. in criminibus tamen*, ubi exceptio proponitur de criminibus incontinentiæ, & aliis ubi de fuga timetur, que necessario debet esse deregula, l. nam quod liquide §. fin. ff. de pen. leg. l. 1. ff. de reg. iur. & quia textus in d. c. 6. *seff. 25. de reform.* ubi agitur de correctione & emendatione criminum, ponderando, quod nomen *† correctio* præsignat iudicium criminale, l. ex omnibus ff. de off. pref. l. 1. C. ut omnes iud. docet Mar. Ant. Mazer 3. *var. resol. cap. 4. num. 2.* & expressè probatur in celebri & omnino videnda Seraphinus *decif. 710.* & Auditor *†* causarum civilium & criminalium diversè consideratur & deputatur ad criminales non se intronitit in civilibus, vel è converso, l. *solemus §. latrunculator ff. de iud. Crescen. decif. 5. alias 167. de iudic. Seraphinus decif. 377. num. 9.* Sed privatio *†* Canonicatus reputatur pro causa civili cap. per tuas 32. ubi: *Cum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, sed civiliter, ut ab administratione amoveretur, tamquam immeritus, & damnatus, extra de Simonia.* Unde testis secularis *†* qui non admittitur in causa criminali contra Clericum, *cap. cum Petrus 10. extra de accus. c. de cetero 14. de testibus*, nisi in prosecutione *†* sue, vel suorum iniuria, ad latissime cumulata per Monaldum *conf. 162. num. 8. vol. 2.* admittitur tamen in causa *†* privationis beneficii, *cap. 3. c. tam litem 33. de testibus*, & Clericus qui ab ordine *†* à solo Episcopo removeri non potest, c. 1. §. qu. 7. à beneficio per solim Episcopum dicitur, *c. inventum 38. 16. qu. 7. c. si quis Abbas, ubi notavit glof. verbo arceantur 18. qu. 2.* isque non alia ratione procedit quam ex eo, quod causa privationis sic causa civilis, ut tenent *†* Federicus de Senis *conf. 23. §. contra quilibet*, Panormitanus & Imola in *dist. cap. per tuas notab. 1.* Felinus in d. c. *super his num. 2.* Farin. *vol. 3. quest. 100. num. 27.* & plures alii quos refert, & sequitur Garcia *de benef. 3. p. cap. 4. num. 20.*

Secundo probatur, quia Episcopus pro designatione, singulorum factorum ordinum singulis Canonicibus, consilium non etiam consensum exposulat sui Capituli *d. cap. 12. seff. 24. vers. Episcopus autem*, quod licet teneatur requirere, non tamen tenetur sequi, ut latius *supra qu. 1. ad 7. num. 64.* Ergo, ad privandum eum Canonicatu, qui factos ordines illi annexos non suscepit non tenebitur expectare Adjunctorum consensum, quia omnis res per eandem causas dissolvitur per quas nascitur, *cap. 1. de reg. iur. in antiquis, l. ferè quibuscumque, ff. eodem tit.*

Tertio probatur *c. 4. seff. 22. de reform.* ubi in fine relinquunt Episcopi arbitrio statuere graviore penas contra non suspicientes factos ordines suæ præbendæ annexos non obstante quocumque privilegio, ut notat Fufchus *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 12.*

Non autem esset arbitrarium *†* si ex alterius voluntate penderet, ut optime ex Seneca *lib. 3. de benef. probat Menochius de arbit. iud. lib. 1. qu. 2. n. 17.* sicut non dicitur voluntas libera, que ex alterius voluntate pendet, l. *cum quidam 24. de leg. 2. diximus supra quest. 1. num. 2.*

Quarto, probatur ex Congregatione Cardinalium, quæ Archiepiscopo Burgen. die 29. Maii 1590. sic rescriptit. Sine distinctione, verum est amplitudinem tuam posse per se ipsam solam, pena etiam privationis compellere Canonicos, & Portionarios, ut ordines Canonicatus, vel portiones annexas recipiant, quam declarationem testimonio suo confirmant Garcia *dist. 3. par. cap. 4. num. 19. & 21.* Riccius in *praxi Ecclesiastica decif. 566. num. 2. & 3.* qui sibi est contrarium nam ampliat *dist. cap. 6. seff. 25. de reform.* ut procedat etiam in privatione Canonicatus ob non suspensionem ordinis, & tamen prædictam declarationem Burgensem sequitur, hanc sententiam veram esse in *praxi*, sed non in puncto juris existimat Vela *supra num. 17.* Postul. & prædicta confirmat, ex his que tradit Garcia *de benef. 5. p. cap. 4. num. 120.* ex Sacra Congregatione his verbis. Si penitentiarium vigore huius decreti deputatus tenuerit confessiones audire purgari potest ab Episcopo *†* & privari quod intelligit sine Adjunctis.

Non obstant in contrarium adducta argumenta, antiquorum dissolutionem observandum est obtinentes Canonicatus, vel Portiones, quibus ordo sit intra presbyteratus annexus non esse privatos ipso iure, si etiam annum non receperint ordines requisitos, sed monitionem præcedere debere, ut Sacra Cardinalium declaratio rescriptit, his verbis: Monitus ad suscipiendum ordinem, quem ejus dignitas, aut Portio requirit, si non receperit, privatus poterit denunciari auctoritate *cap. 12. seff. 24. de reform.* ubi huius declarationis testimonium prohibet Farin. *vers. ordine sacro, & Marcilla lib. 2. tit. 8. cap. 12. lit. M.* idem dicendum est, & de privationis pœna ad tradita per Leon in *thesauro sacri Eccles. par. 3. cap. 2. num. 14. & 30.*

Neque obstat textus in *cap. licet † canon, & in cap. com. missa, 35. de elect. lib. 6.* ubi non suspiciens ordines beneficio annexos ipso jure censetur privatus, quia procedunt in parochialibus, *glof. verbo parochialis in d. c. licet canon glof. 1. in cap. statutum 22. de elect. in 6. Rebuff. in praxi tit. de non promo. num. 9. & 28.* Graffis *decif. 97. num. 47.* Salcedo in *praxi criminali cap. 5. nu. 5.* Garcia *supra num. 10.* Riccius *supra decif. 564. nu. 9.* & juxta hunc sensum est accipienda declaratio illa quam ex Bela retulimus *supra num. 16.* quicquid involvat Bela *d. num. 15.*

Sed si Canonicatus, *†* Portiones, vel Capellanæ habent in fundatione legem privationis ipso jure ob non suspensionem ordinis requisiti, illi standum est per omnia, ut Rebuff. *supra num. 17.* Riccius & plures ab eo allegati *decif. 202. Farin. dec. 570. cap. 5. seff. 25. de reform.*

Hoc supposito non obstat declaratio *†* Cardinalium, quæ cum prior sit manet derogata per posteriorem, ut advicit Garcia *d. cap. 4. num. 23.* vel saltem manet declarata per declarationem posteriorem, cum leges posteriores trahant ad se priores declarative, l. non est novum 26. l. ideoque 27. ubi Dionysius Gottifredus & Cumanus *lib. 1. commentar. cap. 8. col. 2. ff. de legib. Garcia sententia confirmatur ex simili de † Rote decidendum, nam si contrarie reperiantur, posterioribus standum est, Franciscus Pavinus in *præfatione ad extravaog. Joannis XXII §. decisiones Rote.* Non obstat secunda declaratio, de cuius intellectu actum est *supra ad num. 17.**

Non obstant 1. 2. & 3. confirmatio *†* quibus probatur causam non suspensionem ordinum intra legitimum tempus esse causam criminalem non civilem, quibus respondetur, quod licet agatur de crimine, non tamen est causa criminalis, sed civilis, *cap. super his, 16. extra de accusat.* ubi Felinus *num. 2. ait*, quod ubi non imponitur *†* pœna delicti naturalis, non videtur agi criminaliter, & quod solam sententiam spectamus non criminis genus, l. quod ad statutum 12. ff. de penis, & ideo iudex deputatus pro appellacionibus in causis criminalibus non cognoscit de sententia *†* pecuniaria, licet actum esset criminaliter, ut in Rota *decif. 10. de appell. in antiquioribus*, quam sequitur Menochius *de arbit. lib. 1. quest. 82. n. 4.* Azevedo ad Curiam Pisanam *lib. 4. cap. 6. n. 13.* Gutier. *quest. civil. lib. 1. qu. 107. num. 4.* & fuit sententia Abbatis in *rubr. de iudic. num. 5.* & aliorum quos refert & sequitur Farin. in *praxi criminali volum. 3. qu. 100. n. 27.*

Item responderetur, quod pro una, & eadem causa potest agi criminaliter *†* & civiliter, & unum iudicium ab altero non impeditur, *tex. est in summa in lit. de iur. i. exemplum sit in usura*, ut latius prosequitur Martia in *decifionibus Pisan. voto 52.* & nos latius disputavimus *qu. 15. num. 15. & 16.* ad solutionem argum. si hæc causa agatur criminaliter, Episcopus non potest procedere sine Adjunctorum consilio, & assensu, secus si civiliter, tunc autem causa agatur criminaliter, quando proceditur per viam accusationis non per inquisitionem, *cap. super his, 16. c. qualiter & quando versio. ad corrigendos de accusationibus*, ut cum Abb. & aliis in *cap. fin. in fine*, resolvit Vela *supra num. 19.* Differentias quam plures *†* inter causas civiles & criminales cumulat Cavalcanus de Brachio regio par. 1. *anum. 49. & de qual. seff. p. 1. c. 30.* Diffinitiones verò & diffinitiva causæ civilis, criminalis, & mixtæ nullus ac Cavedo *decif. 14.* & Farin. *conf. 85. par. 1.*

Non obstat ultima consideratio, quæ procedit ubi jus com-

commune esset in vitio observantia, ut Episcopus consuleret Capitulum pro gravibus ad latius considerata in *quest. 1. ad solutionem 7. argum. num. 66.*

S V M M A R I V M.

**N**igrum debet convenire rubro, num. 1. sed non semper, num. 2.  
**I**n tellectus Concilii Tridentini seff. 24. cap. 12. vers. neminem, num. 3. 7. & 13.  
**O**pposito ad Canonicatus graduatorum quam requirit ætatem, num. 4.  
**I**n tellectus Concilii Tridentini cap. 3. seff. 7. de reform. num. 5. Dicitio presertim, num. 6.  
**P**romoveri statim posse, vel infra annum posse promoveri parificatur, num. 7.  
**I**n tellectus Concilii Tridentini seff. 22. cap. 4. vers. nec alius, num. 8.  
**Æ**tas ad ordines, num. 9.  
**D**icitio integrè, num. 10.  
**Æ**tatis attingentia sufficit ad ordines, num. 11.  
**A**rchidiaconi etiam sine cura debent habere ætatem completam 22. annorum, num. 12.

Q U Æ S T I O D E C I M A N O N A.

An qui intra annum immediatè sequentem potest initiari sacris requisitis ad præbendam, sed non qualibet parte anni fit admittendus ad illam?

**H**æc questio non videtur convenire rubro de jurisdictione Adjunctorum contra id quod adnotari solet per text. in l. *† Imperator de in diem additione*, Panor. in *cap. bone in fin. de confirmatione*. Sed non semper *†* hæc regula vera est, si consideres nigrum & rubrum in *cap. ex parte 12. de offic. deleg. l. Titia 85. ff. ad legem falc.* & ea que ex Cujacio observat Quintana Duennas *lib. 2. Eccles. num. 94.* & que ex Batdaxi nostro in *tit. quod Ripa Curtia num. 1.* et quando libri tituli questio non conveniat, proximè tamen accedit, et questionem præcedentem non extra rem exornat.

Quid in proposito differat, exemplo patet, Canonicatum presbyteralem quis impetrat, qui habet 23. annos cum dimidio ille in rigore intra annum sequentem potest ordinari, sed non in qualibet parte anni. Hoc exemplum proponitur à Zerola in *praxi Episcopali verbo beneficium §. 1. vers. ad dignitates.*

Videtur in hac questione dicendum, sine dubio ætatem sufficere huiusmodi viro talem ut intra annum possit ordinari ordine requisito, licet statim non possit ordinari, quod videtur expressam in Tridentino *†* seff. 24. de reform. cap. 12. vers. neminem: in illis verbis: *Ad dignitatem, Canonicatum, aut Portionem neminem recipiant, nisi qui in tali sit ætate, ut infra tempus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum, initiari valeant:* quorum verborum auctoritate hoc sentire videtur Azevedo *instit. moral. lib. 6. c. 5. q. 5. par. 2.* nam ait, quod in Canonicibus in quibus requiritur Sacerdotium est necessaria annus vigesimus quintus inceptus, aut certè ætas, ut infra annum ad Sacerdotium possit promoveri. Hoc ipsum expressum sentit Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 110.*

Eadem sententia corroborabilis est, ex declaratione Cardinalium, quam commemorat Doctores. Gonz. *reg. 8. glof. 5. n. 95. edit.* 2. sequitur Gratianus *discept. 591. nu. 7. par. 3.* Ex qua constat ingressum 21. annum posse Canonicatum, in Cathedrali obtinere in qua non est facta designatio ordinum, vel ubi est facta designatio ingressum 23. vel 24. annum ad diaconilem, vel presbyteralem Canonicatum respectivè potest obtinere.

Sed contrariam sententiam scilicet quod in promovendo ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem, requiritur talis ætas, ut statim ordine requisito possit initiari, sequitur Majolus *lib. 1. de irregular. c. 30. n. 12.* Parisius *de regular. Saravia de Admittis.*

*sign. benef. lib. 4. q. 9. nu. 13. & 14. Zerola in praxi supra dicto vers. ad dignitates*, Dynus & Panor. allegati *infra m. 1. & 2. fund. Leo in thesauro sacri Eccles. par. 6. 3. n. 18. & 22. Hologolus de offic. Episcop. c. 19. n. 2. vers. quare*, Navar. *conf. 8. n. 2. de præbend. ibi*: modo habeant ætatem iustam ad ordines, Garcia *de benef. 7. p. c. 4. n. 22.* Riccius *resol. præb. cap. 239.* hoc ipsum innuit Vitalinus *in elem. 1. n. 54. & sequenti de ætat. & qual. nam ait esse necessariam habitatem à principio pro beneficio requirenti ordinem.*

Ex quo sequitur quod ad graduatorum *†* Canonicatus 4 non debeant admitti oppositores in qui vel Canonicatus annexo Ordine non sint initiati, vel Ordini necessaria ætatis non sint. Salva distinctione adhibenda inter Subdiaconilem, & reliquos Canonicatus de qua *infra num. 12.*

Pro qua facit imprimis Tridentini Synodus *†* cap. 3. de reform. seff. 7. ubi cavetur inferiora beneficia præsertim curam animarum habentia conferri debere personis habilibus juxta constitutionem editam in Concilio Lugdunensi, que incipit, *licet canon*, sed in *cap. licet canon 14. de elect. in 6.* beneficia conferri prohibentur personis quæ non sint talis ætatis, ut statim possint ordinari ordine ad curata beneficia necessario: ergo dum Tridentina lex postulat ætatem ordinis beneficio annexi, postulat, & ut talis sit quod statim illum obtinere valeat.

Ut hoc magis firmum remaneat *†* pondera dictionem *†* illam, præsertim, de qua in *d. cap. 3.* cuius natura est exprime casum minus dubitabilem, ut de dictione maxime, notat glossa *verbo maxime in cap. auditus 29. de elect. & de dictione presertim Panor. in cap. per tuas in 1. num. 5. de simulatione*, Menochius *de arbit. lib. 2. casu 543. num. 12. centur. 6. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 22. num. 17.*

Unde non immerito Dynus in *reg. non firmatur 18. n. 3. in 6.* Panor. in *cap. cum in cunctis §. inferiori n. 1. & 3.* docuerunt ætatem requiri in providendo ad beneficium, quæ est necessaria pro annexo ordine beneficio, *argum. text. in d. inferiori n. 3. in d. licet canon, & in c. cum ex eo 34. de elect. lib. 6.*

Secundo pro hac sententia ponderatur, quod iure *†* paria sunt, ut infra annum quis possit promoveri, vel quod statim possit promoveri, ut patet in *c. ei cui 29. de præced. in 6.* ubi simpliciter dicitur provisorum in beneficio Sacerdotali vel debere esse Sacerdotem, vel in tali ætate constitutum, ut possit ad Sacerdotium promoveri, ubi considerat Romanum Pontificem non apposuisse illam qualitatem, ut infra annum Sacerdos possit ordinari, sed simpliciter dixisse, ut possit ad Sacerdotium promoveri, quod magis confirmatur ex declaratione glossæ *in verbo ætate in d. cap. ei, declarante*, id est, ut attingat vigesimum quintum annum *ex decif. 1. Rote n. 1. de præbend. in novis qua referunt ad d. c. ei cui 29.* declarat id est, ut infra annum possit promoveri, idem declarat & Rebuffus in *praxi titulo forma nove provisionis §. 6. qualibet alia fol. mibi 146. allegatque distam decifionem 1. & decifionem 41. de concess. præben. in antiquis.*

Tertio, quia illa verba Trident. seff. 22. *†* cap. 4. de reform. nec aliis impofterum fiat provisio, nisi his qui jam ætatem, & ceteras habilitas integrè habere dignoscantur. Significat quod requiritur ætas legitima actualis ad ordinem annexum, non enim dicitur idoneus ille, qui non habet actualiter omnes qualitates requisitas, ut ex Mohedano *decif. 7. de præbend. Puteo dec. 377. n. 2. & 3. lib. 1. & Selva de benef. 3. p. 9. 52. n. 1.* resolvit Gonzal. *reg. 8. glof. 5. n. 105.* Sed ætas *†* legitima ad subdiaconum est attingentia anni vigesimi secundi, ad diaconatum attingentia vigesimi tertii, ad presbyteratum attingentia vigesimi quinti anni, ut in eodem Trident. seff. 23. de reform. c. 12. ergo non sufficit habere ætatem, ut intra annum quis possit ordinari, sed ætas illa est necessaria, ut statim possit ordinari ad tradita per Vitalin. *in d. Clem. 1. de ætat. & qual. n. 54. & 55.* Navar. *conf. 8. n. 2. de præbend. & alios quos refert, & sequitur Garcia d. par. 7. cap. 4. num. 25.*

Pro qua sententia ponderanda est dictio *†* illa integrè *†* dicitur c. 4. seff. 22. non enim integrè esset qualificatio, qui dimittatur non integram haberet ætatem ad ordinem sui beneficii necessarium, *argum. text. in cap. non est & in cap. commissum de decim. cap. disticto de præbend. cap. cum inter de verbis signif. prosequitur Rebuff. in l. Silva, 30. §. integrè seff. eod. tit.*

- num. 65. ut in decis. Sequitur. 288. par. 1. recoll. 7. num. 26.
- 23 & Archidiaconus ꝛ cujus dignitatis præstantiam extollit Duarenus de benefic. lib. 1. cap. 12. Lancelotus 1. instit. tit. 24. Moscomus de magist. Eccles. lib. 1. cap. 12. Si in alia Diocesi delinquat, ut privatus reputatur Caputaquen. dec. 307. par. 1. Capic. decis. 127. num. 26. Franc. decis. 138. quos refert & sequitur Riccius resolut. pract. 2. 211. n. 3.
- 24 Octavo, quia praxis ꝛ hujus Archiepiscopatus, quæ considerabilis est in decisione causarum, Corta in memorabilibus verbo lege iudiciaria pag. 428. Montan. de auctorit. magni. consil. num. 170. Paz in praxi in initio num. 11. Sic servavit anno 1485. in quodam ꝛ Abbate Sancti Joannis de la Penna, qui à Curia Justitiæ Aragonum fuit remissus D. Archiepiscopo Casaraugust. quia in ejus Diocesi deliquerat, non obstante exemptione ab eo allegata, ut attestatur Molin. in reperi. fol. 220. §. manifestatus fuit eorum. 2. & anno 1616. in causa criminali contra Cantorem ꝛ Canonicum Olcensem, contra quem venientem contra Pragmaticam Illustrissimi Principis Don Petri Gonzalez de Mendoza Archiepiscopi Casaraugustanae Sedis pietate, honestate, & mansuetudine insignis, ejsdem tunc Vicarius Generalis nobilitate & doctrina celebris Licentiatas D. Petrus de Molina Gramaten. Ecclesie Metropolitanae Prior, omnimoda jurisdictione juridicè & intrepidè processit. In causa ꝛ similiter Subcollectoris Apostolici qui deliquit in alia Diocesi quam in ea, in qua subcollegebatur idem praxis Neapolitana censuit apud Riccium decis. 178. p. 1.
- 28 Non obstat primum ꝛ argumentum cui respondetur falso ab additione Panormitan. allegati dictum Ubaldi in Margarita, qui contrarium dicto in additione tenet, his verbis Florentinus delinquens in civitate Senen. gaudebit beneficio statui Senensium, h. sunt quedam ff. de extr. aor. d. crim. inib.
- 29 Non obstat secundum argumentum ꝛ quia respondeo in materia, de qua agimus exemptionem principaliter esse concessam in favore loci cum illa qualitate, ut sit Capitularis illius Episcopi, in cuius Diocesi deliquit ad ponderata supra fund. 5. & probatur aperte ex decisione Seraphini in causa Burgensi qua est 1058. num. 1. Ubi agens ꝛ de exemptione Canonicoorum in correctione, decisum testatur, casum Capituli cum capella de privileg. non applicari casui suo, quia in d. e. cum capella, agitur de privilegio persone concessio, quæ exemptio possit esse adeo plena, ut plus tribuat, & ita limitata, ut restringat, iuxta glofam verbo num. quid. ubi Joan. Andr. num. 2. cap. 1. de privileg. in 6. & in d. dec. Domini Penæ ꝛ de qua in dicto fundamento 5. ubi deciditur, quod isti Scholasticus Salmantinus fuisset exemptus ratione qualitatris Conservatorie, non extenderetur ejus privilegium ad Dignitatem, & Canonicatum, quem in illa Sede obtinebat. Hanc decisionem in fine operis hujus subnectam, & ejus exacta disputatione accensus & scientiarum matricis, apud quam jurisprudentia per novennium vocavi. Adverte ꝛ tamen opinionem illam Covar. & aliorum, de qua in argumento procedere in causis criminalibus, non etiam in civilibus in quibus exemptus persone ratione, ubi res est, convenitur, ut Rota censuit apud Aldobrandinum decis. 702. p. 1. divers. & Seraphinus dicta decis. 1058. n. 1.
- 33 Neque obstat ꝛ si replices de Cardinalium declaratione in argumento allegata, quia Illustrissimi non respondent delictum à Capitularibus patratum extra Diocesim esse puniendum de Adjutorum consilio, & assensu, sed patratum extra Ecclesiam, vel civitatem. Illud certum ꝛ est, quod si in aliena Diocesi Capitularis deliquerit, & ibi non fuisset punitus ab alieno Prelato, à suo possit Episcopo cum Adjunctis castigari, sicut & quilibet Clericus potest puniri propter delictum extra Diocesim commissum, juxta magis communem sententiam quam plurimorum testimonio confirmat Riccius decis. 111. par. 1. & plenissimè Farinac. par. 1. q. 7. à num. 19. disputat Fachineus controuers. 9. cap. 20. An autem famel punitus possit iterum puniri, optimè Farinac. 1. part. ques. 4. & 5. An verò absolutus semel in loco delicti possit rursus inquiri in loco domicilii

idem Farinac. dict. part. 1. quest. 7. num. 26.

Non obstat tertium ꝛ ex cap. 8. Trident. Sess. 14. de refor. quia loquitur de privilegio particulari, quod habet Episcopus procedendi contra non Subditos, ut considerat Burfatius conf. 446. n. 1. lib. 4. optimè Sacra Congregatio quam refert Guillemart, ibi in prætermisisti pagina 692. nos loquimur de facultate à jure communi concessa, ut quis possit delinquentem in suo territorio punire, cap. fin. de for. com. per. Discriminis ratio ea est, ut jus commune ampliari, privilegia conveniat restringi, ut utrumque probat Sarren. & pluribus confirmat in regula de litemate quest. 1. in princ.

Non obstat quartum, quia ꝛ contrarium servari recentibus Aloysius testatur dicta decis. 178. p. 1.

Salmantina Exemptionis

C O R A M

R. P. D. Pennia 5. Junii 1591.

**I**n civitate Salmantina est celebris & antiqua Universitas, multis Romanorum Pontificum donata privilegiis, innumeris Regum Hispaniæ munita prædiis, quia in ea speciali quadam prærogativa literatorum omnium videtur consistere domicilium literarum museum & quasi commune liberarum artium & scientiarum emporium ac linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldaicæ fore pericia Clemen. 1. §. ut igitur de magist. & non immerito Leo Papa X. rescripto quodam studio Salmantino privilegia tribuente enunciaverit prædictam Universitatem inter alias totius orbis Universitas peritissimas cujusque professionis linguarum, & juris Doctoribus, quos in notabili numero in dies producit eximio splendore innotescere, & per eam fidem orthodoxam non solum conservari, verum illius undeque diffusa doctrina amplius extolli & amplificari, cui propere deicit excellentem aliquem virtum quasi gymnasiarcham præficere, quem tunc rescripta Pontificia tum ejusdem Universitatis constitutiones, imprimis vero xxij. xxij. & xxvij. Scholasticam appellatur. Is ut ad eam dignitatem & præfaturam assumatur, ut xxxij. Constitutione cavetur, ut in jure Canonico, vel Civili Doctor, vel in Sacra Theologia Magister idoneus bonæ vitæ & conversationis honestæ, & sufficientis literaturæ, ac talis denique probitatis esse debet, ut nulla apud eum exceptio personarum habeatur. Magnam habet Scholasticus jurisdictionem, nam sicut xvij. constitutione definitur ad prædictum Scholasticum pertinere audire, examinare, decidere, & determinare omnes & singulas causas civiles & criminales Doctorum, & Magistrorum, Licentiariorum, & Bachalatorum & studentium in quacumque facultate officialiumque omnium Universitatis & familiarium, & continuorum commensalium, ut declaratur Const. lxxvij. lib. 1. tit. vij. novæ recopil. legum Hispaniæ. Unde factum est, ut tanquam Conservator privilegiorum, immunitatum, & exemptionum omnium personarum & executor constitutionum, ordinationum, & statutorum Universitatis ejsdem, Judex ordinarius constitutus, cui ipsa Universitas immediatè post Sedem Apostolicam subiacuit in eadem civitate Salmantina publicum Tribunal cum Judicibus se substitutis Locumtenentem, executorem, Appratoribus & Nuntius, Notariis, & alios necessarios ministros & carceres teneat, ut testes art. 8. vigore remissoriae examinari conformiter testificantur, eam porò jurisdictionem Scholasticus privativè quoad Episcopum Salmantinum, & quemlibet alium Judicem exercet, nam constitutione xxxij. cautum extat, ne quis de gremio Universitatis ratione submissus, delicti, vel rei ad e jusvis instantiam coram quocumque Judice Ecclesiastico, vel seculari, sed solum coram Scholastico Salmantino, vel ejus Vicario civiliter, vel criminaliter conveniri possit, aut quoquomodo trahi, permissa tamen jurisdictione Episcopo Salmantino, ut xxij. constitutione docetur, quantum ad sibi Subditos Clericos suæ civitatis & Diocesis, ram

nam quantum ad dictos locos est præventioni iudicii, cum possint, vel coram Episcopo, vel coram Scholastico conveniri. Tamen verò qui in tam insigni Universalitate contra tam innumeratas & egregias ad eam undique studiosum gratias confluentes, tam late patenter exercet potestatem, ab Episcopi jurisdictione merito fore censendum immunis, nihilominus ante paucos annos Reverendissimus Dominus Episcopus Salmantinus licet faveat præfatum Scholasticum ratione officii & conservatorie esse exemptum & penitus liberum, sibi tamen subiectum fore putavit ratione Scholasticæ, quæ est illius dignitas in Cathedrali Ecclesia Salmantina, cum jure constitutum extet exemptum ratione certæ rei vel loci, non censi exemptum respectu alterius rei, vel loci, ut in terminis de quibusdam Canonici Capellæ Ducis Burgundie exemptis ratione Canoniciatum, subiectis tamen ratione Ecclesiarum parochialium quas ab Episcopo Lingonien. obtinebant, decrevit Innocentius III. in cap. cum Capella de privileg. quo potissimum fundamentum, cum ad favorem Reverendissimi domini Episcopi Salmantini superius annis R. P. D. Seraphinus Olivarius Sacra Rota nunc Decanus pronuntiasset, sed domino scholastico remissoria concessa fuisset, ea re producta ad instantiam Doctoris Francisci Gasca Salazar moderni scholastici viri omni virtute & literarum scientia præstantis. Ergo in hac secunda instantia præsuppositis rebus vigore remissoriae pro parte scholastici legitime examinatis, & privilegiis, & constitutionibus Universitatis, dubitavi an textus in d. cap. cum Capella de privileg. obstat in hoc casu, ita ut Scholasticus non possit dici exemptus à jurisdictione Reverendissimi domini Episcopi Salmantini. Et quia pars domini Episcopi sæpius citata non comparuit antea ad informandum instante procuratore dicti Scholastici, causa diu dilata, tandem proposita Sabbato die 5. Junii præsentis anni 1591. Domini Auditores concorditer tenuerunt prædictum cap. cum Capella, non obstat quo minus Scholasticus Universitatis Salmantinae dicatur plene exemptus à jurisdictione Episcopi Salmantini. Fuit enim primo consideratum Apostolica rescripta Eugenii IV. Innocentii VIII. successivè per Julium II. Leonem X. & Clementem VII. constituta tribuentia Scholastico Salmantino, ut nullas de Universitate possit coram quoquam alio Judice, quæ coram eo conveniri, non enuntiat concessa, tanquam Conservatoris, vel contemplatione alicujus alterius particularis qualitatris, sed Scholasticum sub nomine, & qualitate Scholastici, ita ut fieri oporteat ipsum non uti Conservatorem, vel in solis negotiis Universalitatem respicientibus, sed simpliciter & absolute etiam uti dicta dignitate Scholasticæ prædictum, exemptum esse, nam cum privilegium concessum alicui est proportionabile sub omnibus qualitatibus in eo concurrentibus, & est concessum sub nomine appellativo, tunc potius censetur absolute quam contemplatione alicujus certæ qualitatris concessum, Abbas in cap. quoniam Abbas num. 8. vers. si autem ex verbis, & ne. 13. vers. quid si duo de offic. deleg. quem ibidem sequitur Decius num. 43. vers. tertio Abbas conclusit, & Beronius num. 88. vers. ex verbis Abbas, illa enim expressio dignitatis & qualitatris Scholastici operatur, ut dispositio censetur facta de illo, velut de tali qualis enuntiat, Abbas conf. 115. num. 1. vers. præterea ubi cumque lib. 2. sicut de eo qui per procuratorem nominavit, ut censetur etiam si id non exprimit intuitu ejus qualitatris actum gestisse traditur in l. quæcumque, ff. de procur. Bart. in l. fin. ff. de instit. Silvanus conf. 8. incipit quoniam solum num. 3. & sequent. idem iudicium fit de eo qui hæret, qui tutor, qui nepos nominatur, aut de quo fab certa qualitate fit mentio, Romanus conf. 88. in principio, Albert. conf. 42. num. 3. Alciatus conf. 3. num. 14. lib. 2. Putparatus conf. 14. num. 11. Egidius dec. 5. & decis. 423.

Præterea eadem rescripta Apostolica personis Universalitatis privilegia exemptionum tribuentia, post expressos Rectorem Scholasticum, Doctores & Magistros continent illa verba, aliaque Universalitatis personas. Unde patenter inferitur, Rectorem, Doctores, & Scholasticum, qui est Conservator & Judex ordinarius studii

Salmantini esse personas ejus Universalitatis.

Nec prædictis obstat textus in d. cap. cum Capella de privileg. in quo potissimum est fundata decisio R. P. D. Seraphini sub die 13. Decembris 1582. quia termini illius textus à casu proposito sunt diversi, nam ibi exemptio tributa Canonici Capellæ Ducis Burgundie erat restricta ad illam qualitatrem, quod essent Canonici ejus Capellæ, & ideo non eximebantur illos respectu alterius qualitatris, quatenus scilicet ab Episcopo Lingonien. Ecclesias parochiales obtinebant, vel alias ejus jurisdictionem respiciebant, ut apertissime indicat textus ibidem in §. quo circa, ubi rescriptum est ita: Quo circa mandamus quatenus in quantum exemptus sunt eisdem ratione Capellæ Apostolicis privilegiis deservaverunt, sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii sui delictum in eosdem libere proficiantur, hæcenus ibi. At in casu proposito, exemptio, seu concessio exemptionis non est restricta ad Scholasticum Universalitatis, nec restringi rationabiliter potest cum universitas nullam talem habeat Scholasticæ Dignitatem, & cum illa dignitas in Ecclesia Salmantina consistat, potius debuisset ad eam Dignitatem in præfata Ecclesia conferentem restringi, sicut apparet restricta in privilegio Eugenii IV. relato per Clementem VII. ibi: Ac Scholastico Ecclesia Salmantina. Minus urgens visum fuit aliud eisdem decisionis fundamentum, quod Scholasticum Salmantino Canonice morant non videatur applicari ratio considerata in privilegio Innocentii VIII. relato per Clementem VII. quod Rectorem, & Scholasticum literarum studia sæpius pro rebus suis in partibus remotis defendendis intermittere cogebatur, tum quia idem Innocentius in expressione ejus rationis facit mentionem de Scholastico, sed & illa quoque differentia difficultatem tollere videbatur, quia in d. cap. cum Capella, illi Canonici ratione parochialium non poterant dici à jurisdictione Episcopi exempti, eo etiam nomine quod parochiales ab eodem Episcopo obtinebant, ut indicant illa textus verba, qui parochiales Ecclesias à te tenent, &c. Hic autem Scholasticus non habet Scholasticam ab Episcopo Salmantino; sed ejus tamquam dignitatis Ecclesiæ dispositio, ut xxxij. constitutione sancitur, Sedi Apostolicæ, sub hac forma reservatur. Ut occurrente illius vocatione, viro idoneo per diffinitores negotiorum ipsius Universalitatis, aut majorem partem eorum eligendo conferatur, & sic electus per Archiepiscopum Toletanum pro tempore existentem auctoritate Apostolica, aut per Sedem Apostolicæ Legatum, vel Nuntium ab ipsa Sede potestatem Legati de latere habentem, infra tempus à jure statutum confirmetur. Illo additio, quod propere dicto Archiepiscopo nulla potestas, vel jurisdictione, aut superioritas supra Scholasticum concessa, vel tributa esse censetur. Multo ergo minus talem jurisdictionem Reverendissimus Episcopus Salmantinus præterdere poterit, & verbis existentibus clatis cessant subtile interpretationes, Aymon conf. 4. num. 21. tum quia Innocentius loquitur de rescriptis delegatorum, quorum vigore omnes æqualiter ad diversas partes, & Tribunalia trahantur, quæ ratio Scholasticum etiam comprehendit. Tum postremo quoniam illa non fuit finalis privilegiorum causa, sed alia in aliis Pontificum rescriptis narrata. Postremo observantia subsecuta, quæ omnium dubiorum dispositio non solet esse fidelis interpret. l. si de interpretat. on. ff. de legibus. cap. cum dilectis, §. dictus verò de consuetudine. cap. currisari de sepulchris. Dominos etiam movit, ut pro Scholastico sentirent, nam licet in casu proposito versarentur in dubio, testes vigore remissoriae examinari illud tollant, cum juxta octavum & nonum interrogatorium, & super quarto articulo conformiter deponant, semper Scholasticum fuisse in hac professione exemptionis, & Episcopos Salmantinos, nunquam contra Scholasticos processisse, imò occurrentibus casibus, in quibus erat contra Capitulares procedendum semper ab Episcopis exemptos fuisse Scholasticos, id quod testes propositis aliquibus actibus & exemplis satis patenter ostendunt. Ex quibus longa observantia roboratis, respectu Scholasticæ probatur exemptio, Aymon conf. 101. num. 3. & conf. 201.

gregatione attestatur in d. s. provisi & repetit Marc. lib. 1. tit. 2. cap. 14. §. 1. in fine, & sicut Dignitates, & Canonici

11 Item, quia in cap. 4. sess. 22. de reform. in Trident. cavetur, ut Dignitates personatus, & officia obtinentes muneris suo satisfaciunt, ibi Canonico nulla mentio fit, quis dubitet de eius & intellexisse Tridentinum eorum non nominasse, quia cum loqueretur de Dignitatibus, personatibus, & officiis de omnibus etiam Canonici intellexit.

12 Item, & a simili associationis omnium facere compelluntur Episcopo suo non solum Canonici, sed & Dignitates d. cap. 12. Sess. 24. §. omnes verò, etiam dum sacros ordines confert Sess. 23. de refor. c. 8. etiam extra Sedem, sed intra civitatem, ut Sacram Congregationem declaratis in illis capitibus referunt Farinac. Marcell. Barbos. n. 61. Zerola in praxi, verbo Capitulum, §. 11.

13 Septimò, & pro hac sententia ponderari debet textus in l. falsa demonstratio, §. 3. §. 1. ff. de cond. & demonstrat. in illis verbis: Non idcirco legatum amittit, quia postea annulos ab Imperatore accepit; nam honor eius auctus est, non conditio mutata, l. per adoptionem, ff. de adoption. l. 1. §. sed videndum, ff. de success. caus. l. creditores 12. §. Papinianus, ff. qui prior in pignor. & in Codice Fabriano lib. 1. tit. 3. diffinitione 13. n. 7. ubi Dignitas non minuit, sed auget; minuet verò si possessio maioris qualitatis ex Dignitate proveniens Adjunctorum prerogativa privaret. Supradicta intelligi Langhecrucius de vita & honest. Canon. lib. 6. c. 8. de Dignitatibus in Cathedralibus constitutis, nam in Collegiatis Ecclesiis, & contra Canonicos & contra Dignitates solus proceditur, nisi Collegialis Ecclesia majorem acquisiverit jurisdictionem, quia tunc hujus Capituli & decreto subiecta remanebit, ad tradita in hoc eodem tractatu g. 2. 10. & q. 11.

Non obstant supra posita dubitandi rationes, quibus respondetur ex traditis in fundament. 1. 3. 4. & 5.

S P M M A R I V M.

- Intellectus legis penult. vers. mulieres, ff. ad municipal. num. 1. 11. & 28. Intellectus cap. 1. de privileg. in 6. n. 2. & 16. & 29. Capitularis delinquens extra corpus Ecclesie puniuntur cum Adjunctis, num. 3. & 33. Intellectus Concilii Trident. Sess. 14. c. 8. n. 4. & 35. Collectores si delinquant extra Diocesim, an gaudeant exemptione in n. 5. & 27. & 36. Exemptus potest prorogare jurisdictionem Judicis ordinarii, num. 6. Delinquens in loco prorogati jurisdictionem Judicis loci, num. 7. Culpa committens voluntarie poena sese subicit, n. 8. Exemptus, ratione Curie subicitur, n. 9. ratio n. 10. Cardinalis in Curia maiorem habet splendorem quam extra, num. 12. Episcopi iurisdictione in Capitularibus est limitata, n. 13. Salmantini Scholastici decisio explicatur circa eius exemptionem, n. 14. & 31. Salmantina Privilegiata privilegia a quibus Pontific. concessa, num. 15. Exemptio ratione loci & persona, vel persona dumtaxat latius patet, n. 17. & 30. Correctum ius prestat argumentum ad declarationem, num. 18. Metropolitanus delinquens in Diocesi suffraganei ab illo puniebatur, n. 19. Toletani Archiepiscopi excommunicati ab Aragonum Episcopis, n. 20. Crucis delatio Patriarchis solis permittitur extra Provinciam, n. 21. Episcopi in Collegio considerantur non ut dignitas, sed ut collega, n. 22. Archiepiscopus extra Diocesim censentur in privatis, n. 23. Praxis est attendenda, n. 24.

Abbas S. Joannis punitus ab Archiepiscopo Cesaravagust. numer. 25.

Offensis Cantor & Canonici punitur ab Archiepiscopo Cesaravagust. num. 26.

Exemptus ratione persone, in civilibus, ubi res est conventur, num. 32.

Delinquens in aliena Diocesi, & ibi non punitus, punitur in propria, num. 34. Et absolutus iniuste, an possit puniri? ibidem.

QUESTIO VIGESIMASECUNDA.

An Episcopus cum Adjunctis procedat contra Capitularem alterius Diocesis, sed in sua delinquentem?

Ratio dubitandi sumitur ex tex. in l. penult. vers. mulieres, ff. ad municipal. ubi mulieres, quæ legitime non contraxerunt, non in domicilio viri, sed in originario muneribus funguntur, & addit ad Panor. in cap. ultimo num. 41. de for. compet. allegat Ubaldu in sua Margarita verbo conditiones in fine affirmantem delinquentem extra originem esse puniendum iuxta statum originis; ergo & delinquens extra Diocesim erit puniendus cum Adjunctis, si eorum consilium, & consensum in delinquentem Diocesi desiderat.

Secundò, quia aut exemptio circumscribitur loco, aut persona; si loco, extra locum delinquens punitur, ac si exemptus non esset, cap. 1. de privileg. in 6. c. 11. Sess. 24. de reform. in Trident. docet Covar. praxi. cap. 11. vers. igitur, ubi sic interpretatur textum in cap. unum, & in cap. cum capella de privileg. Si exemptio circumscribitur persona ubi vis persona exempta delinquit, exemptione gaudet, Panor. in d. c. unum num. 8. Barrius num. 19. vers. in praxi a, Socin. in d. cap. cum capella num. etiam 8. Sed hæc exemptio videtur concessa in favorem persone; ergo, hujus questionis affirmativa clarè patet; minor videtur probari ex Sacre Congregationis responso ad d. c. 6. ubi Farinac. §. contra aliquem ex contentis, & Marcella lib. 4. tit. 7. cap. 20. littera N, ubi attestantur Illustrissimos respondisse dictum Capitulum habere locum, si intra corpus sue Ecclesie, si extra civitatem deliquerit Capitularis.

Tertiò, & pro hac parte ponderari potest text. in Concilio Trident. Sess. 14. de reform. c. 8. ubi Episcopus qui ratione privilegii potest contra sibi non subditos alias procedere in delictis atrocibus, quando devianit ad poenæ inflectionem, eam debet imponere cum intervenitu proprii Episcopi, vel persone ab eo deputate.

Quartò, quia Subcollector qui delinquens extra Diocesim in qua subcolligere mandat & exemptione ibi gaudet, si verum testatur Zerola in praxi vers. exempti, §. 6. 2. p. qui eodem verbo §. 5. hujusmodi exemptiones revocatas à Sixto V. fuerat attestatus in 1. par.

Contraria nihilominus sententia, quæ verior est, probatur efficacioribus argumentis, primò quia hi qui sunt exempti taliter quod non sint immediatè subiecti Apostolica Sedi, possunt prorogare jurisdictionem Judicis ordinarii, & se se submittere, ut per Federicum de Senis conf. 14. Felin. in c. cum omnes n. 8. de consil. Jac. in l. unum, §. pactus ne peteret nu. 9. de pactis, Seraphinus decif. 595. num. 7. dummodo prorogatio non contineat alterius præjudicium quam prorogatis, Geminian. conf. 83. nu. 0. Cornes conf. 214. num. 8. lib. 2. Ferrutus conf. 102. n. 18. Doctores in cap. diligenti de for. compet. Pro qua sententia est textus in cap. cum tempore de arbit. & in l. sicut §. 1. ff. quod cuiusque universi. nom. sed delinquens qui prorogat jurisdictionem Judicis illius loci in quo delinquit, ut Matthias de prorogatione iurisdictionis 1. par. à num. 27. tomo 3. inter tractatus, & delinquendo se qui voluntariè poenæ submittitur, verbo honorari in l. 1. §. demque ff. de pignus. ergo Capitularis de quo agimus benè potuit exemptionem renuntiare in hoc casu, quo adjuvatur à prorogatione legis non alias, ut q. 7.

Secundò quia Canonici qui esse & curatus, ratione curæ Animarum subest Episcopo sine obstaculo exemptio-

nis e. cum capella, 29. de privileg. innovat à Tridentino Sess. 24. cap. 11. de reform. sicut & regularis qui quantumcumque exemptus, ratione curæ, manet in subiectione Episcopis, cap. 11. Sess. 25. de regular. in Trident. docet Panor. in cap. fin. num. 1. §. si verò de for. compet. Covar. d. cap. 11. num. 5. docet Rota in una Salmantici. decif. 736. nu. 2. par. 1. divers. cuius doctrinæ rationem assignat Illustrissimus Seraphinus in una Burgenfi decif. 1058. num. 4. Dicens & loquens de

10 Canonico exempto, quod quotiescumque supervenit aliqua qualitas in qua aliud jus statutum reperitur, prior illa qualitas non impedit, quominus respectu alterius qualitatibus, non sit servandum jus de ea specialiter loquens: Ergo, Canonici quantumcumque exemptus ratione illius novæ qualitatis, delicti scilicet in alieno territorio commissi, à solo ejusdem territorii Episcopo puniri potest.

11 Tertiò, & pro hac sententia est textus in l. sunt quadam ff. de extraordin. crimin. ubi pro corrigendo delicto non privilegium delinquentis attenditur, sed mos Provinciae in qua deliquit, textus in l. 3. c. ubi senator, vel Illustris ibi crimin. publicum privatumque in alma Urbe vel in Provinciis ingratatur, ubi Senatores exemptionis privilegio fruuntur modo in Urbe, vel in Provinciis Urbis subiectis delinquenti, textus in Autem, non in Provincia C. de criminibus agi decident, ut in qua vis Provincia deliquerit ibi omni privilegio cessante expellatur. Corroborantur & dicta in hoc fundamento

12 ex celebri Baldi dicto de offic. Praefect. quomodo sequitur Felinus, & declarat in cap. pastoralis num. 12. de offic. delegat. Petrus Gamb. de offic. legat. lib. 2. num. 102. scilicet quod licet omnis ordo accipiat splendorem à Principe, non tamen æqualiter replendet ille qui abest, ac ille qui est in præsentia, & sic Cardinales in Curia digniores sunt quam extra. His jungenda sunt quæ de comparatione Canonico-rum cum Illustrissimis Cardinalibus diximus supra qu. 1. fundam. 13.

13 Quartò, quia forma præscripta à Tridentino Sess. 25. c. 6. ut Episcopus vel ejus Vicarius contra Capitulares non possint procedere, nisi de assensu, vel unius, vel duorum Capitularum, est limitativa duobus modis, primò quatenus dictum Capitulum sese referat ad cap. 4. Sess. 6. de reform. ubi Congregatio Sacra Cardinalium declaravit, testibus Felin. super eodem & Marzilia lib. 4. tit. 7. cap. 2. loqui de Episcopo respectu suorum Capitularum. Item est limitativa potestatis Episcopi concessa in d. cap. 4. ut ex declaratione Cardinalium super eodem Tridentino testimonio perhibet decif. 723. num. 5. par. 1. divers. ergo limitatum debet producere effectum, ut loquatur de forma procedendi dumtaxat ab Episcopis cum Capitularibus suarum Cathedralium, non limitatio in limitato recipiat extensionem contra ea quæ notantur Doctores in l. age cum Gemiano Cod. de tractat. facit regul. textus in l. in agris 16. ff. de acquirenter. domin. excoctat Suidus conf. 287. nu. 18. Decianus conf. 78. num. 43. vol. 3. quod procedit etiam si limitativa concessio fiat propter quomodolibet utilitatem, ut probat Achilles Pedrocha conf. 37. num. 65. & 66. fol. 241. & in materia jurisdictionis arguit Burlat. lib. 1. conf. 108. n. 25. & confirmatur per argumentum à cessatione rationis de quo per Doctores in cap. cum cessante extra de appellatione quia delinquens iste in aliena Diocesi ejusdem Episcopi, non est consiliarius, non est membrum, non est frater, quæ Adjunctorum associacionem suadent, ut supra d. q. 1. fundamenta 6. & 13.

14 Quintò, pro hac sententia pondero triplicem Rotæ decisionem in causa Scholastici Salmantini, quem Seraphinus decif. 595. num. 1. fatetur esse exemptum ratione persone in his quæ tangunt conservatoriam, sed subditum Episcopo ratione Dignitatis, & Canonici. Altera est contraria sed non omninò & auctorem habet D. D. Franciscum de Peria principalem hujus sedis Archidiaconum & Rotæ sacre Decanum, in enim in eadem causa die 5. Junii de anno 1591. probat Scholasticum esse exemptum omnimò, quia privilegia qui concessa Universitati Salmantinae, & Scholasticis ab Eugenio IV. Innoc. VIII. & confirmata à Julio II. Leon X. & Clemente VII. non sunt restricta ad Scholasticum tanquam conservatorem Universitatis:

sed generaliter sunt enunciata, & tertia auctorem habet Seraphinum decif. 1022. num. 2. ubi hæc verba: Jurisdictio, quæ ob delictum acquiritur in non subditum, acquiritur sine ulla limitatione, repetit & Farinac. decif. 93. in recollectis criminalibus: ergo, & familiariter illa exemptio, de qua sermo noster est, restringitur ad qualitatem illam, ut fit Canonici, & Capitularis istius sui Episcopi, & non extenditur ad alienum Episcopum, cujus nec est Canonici, nec Capitularis.

Sextò, & pro hac sententia est textus in cap. 1. de privileg. in 6. in illis verbis: Nec coram ordinariis ipsis dummodo in loco exempto sit commissum delictum conveniri possunt aliquatenus, qui textus innovatur à Tridentino Sess. 6. cap. 14. de reformat. quem textum intelligit Covar. praxi. c. 11. n. 5. de privilegio certo loco circumscripto, & sequitur Riccius praxi. resol. cap. 269. & Marta decif. Pif. voto 159. n. 4. Panor. verò in c. cum Capella nu. 11. de privileg. ubi Felin. n. 5. quos reprobat Covar. supra vers. amosff. latius accipit de privilegio locali & personali, ergo sine Abbate, sive Covar. sequamur, semper erit verum dicere, exemptum puniri ut talem si delinquat in loco exempto, nisi privilegium quod ei concessum, & loco & personis, vel personis, quia tunc delinquens etiam extra locum exemptum, exemptio-ne gaudet, Mar. Anton. 3. var. c. & n. 4. Martha d. dec. 259. n. 5. optimè in dec. 145. p. 2. divers.

Septimò, & pro hac sententia si jus commune licet correctum potest allegari ad similitudinem inducendam, & declarationem legis novæ prosequitur Sarnen. cum pluribus ab eo allegatis reg. 1. q. 9. Sed de jure communi Metro-politani qui est Judex superior suorum suffraganeorum, cui suffraganei substant, c. inferior dist. 2. c. per singulas, c. si autem 9. q. 3. imò & ordinariam in profanis & spiritualibus supra Episcopos jurisdictionem exercet, ut disputans resolvit ex multis Marcellis Megallus in institutionibus Confessorum lib. 2. part. 1. c. 8. q. 2. num. 3. in sui suffraganei territorio delinquit ab illo punire, non obstante sui honoris qualitate glos. celebris verbo causa in c. 1. 3. q. 6. licet hodie secus sit, ut in Trident. Sess. 24. de reformat. cap. 5. ut utrumque prosequitur Ricc. resol. praxi. c. 21. Ergo, si qualitas Metropolitanus non juvat delinquentem apud sui Episcopi territorium, minus juvat Canonici, sive Capitularis qualitas eum, qui apud alienum Episcopum delinquit. Illud adverte cum Innocentio in cap. statum de maior. & obed. & Guido Papa q. 328. quod non est tuta prædicta opinio respectu sui Archiepiscopi à suffraganeo puniendi, si in ejus Diocesi delinquit, sed nec jure antiquo Archiepiscopus delinquentem in Diocesi suffraganei illius efficit subditum, ex Calder. in cap. 1. de re script. probat Farinac. ad Velturum in praxi lib. 3. cap. 9. num. 20. Sicut respectu Archiepiscopi alieni, quem etiam primatem in non sua Diocesi delinquentem ab Episcopo posse puniri, experientia docuit in hoc nostro florentissimo Regno qui ubi D. Petrus Lopez de Luna primus hujus Sedis Cesaravagustanæ Archiepiscopus censuris compulsi D. Joannem ab Aragonia Archiepiscopum Toletanum ne erecta cruce coram se uteretur in hoc Archiepiscopatu, & D. D. Dalmatus de Mauri & Cerbellon, & Joannes de Batierra ille Cesaravagustanus Archiepiscopus, iste Episcopus Tiraconen. eadem constantia propter eandem causam contra D. D. Joannem de Contreras Toletanum Archiepiscopum procederent referente Curia nostro lib. 14. Annal. cap. 8. Crucis namque qui delatio extra Provinciam solis Patriarchis compet. Bovad. lib. 1. polit. cap. 2. n. 18. littera F, Stephanus Gratianus discipul. Forens. cap. 467. num. 62.

Confirmatur & hoc fundamentum ex l. 3. ff. de offic. pref. glos. fin. in cap. 1. de raptoribus, glos. verbo procedant in Clem. unica de for. compet. ubi Praes extra si suum territorium delinquens, ut privata persona consideratur, & Episcopus in Collegio consideratur, non ut dignitas Episcopalis, sed dignitas Collegialis, Abbas in cap. postulatus, nu. 8. de concess. preb. Callaneus in Catalogo, ubi mand. 4. part. consider. 45. glossa in cap. à collatione, ubi Geminianus nu. 6. Franc. 4. de appellat. in 6. Seraphinus decif. 1058. Gratianus discipul. Forens. c. 298. n. 48. Boertius de auctoritat. magn. consil. num.

16

17

18

19

20

21

22

11 Ideo autem dixi sufficere ꝑ attingentiam 22. 23. & 25. annorum, quia annus ceptus requisitus ad ordines habetur pro completo, ut docent Navarrus in *Manuali* cap. 25. num. 116. & Gutierrez *lib. 1. canonicar. quest. cap. 26. a. num. 8.* & sic Congregationem sacram Cardinalium declarasse refert Garcia d. cap. 4. num. 21. Ubiamensius *conf. 47. num. 4.*

12 Hoc fallit in Archidiaconatu, ꝑ qui licet curam animarum non habeat, aetatem vigesimisecondi anni debet habere completam, ut sacram Congregationem declarasse, pro Trident. *sess. 24. cap. 12. §. Archidiaconi*, testis est Garcia d. cap. 4. num. 67. & Marcilla *lib. 2. tit. 8. cap. 11. littera G.* & sane optimo iure, quia in d. cap. 12. cavetur Archidiaconos non debere esse minores 22. annis, minor autem dicitur annis, qui illos non complevit, l. 1. l. 3. §. *minorem l. minor. 32. ff. de minoribus glof. vers. in decimo octavo anno in clem. 3. de etat. & qual. Mandol. de minor. ar. cap. 5. num. 105.* quidquid dicat Zerola in *praxi verbo beneficia §. 1. vers. ad dignitates*, & alii relati sed non secuti Garcia d. cap. 4. num. 69.

Quarto, pro eadem sententia facit *decis. 26. de rescript. in notis*, ubi hæc verba: Cum de Canonici. aetate in regula agitur annus incepsus pro completo non habetur quia ex argumtoto temporis, teip. favor attenditur. Item facit doctrina Garcia *7. par. cap. 4. de benef. num. 29.* ubi cum dicitur, omnes Canoniciatus saltem requirere ordinem factum, affert declarationem Cardinalium his verbis: Congregatio censuit quod etiam in Ecclesia ubi non fuit facta distributio factorum primum requiritur quod provetus de Canoniatu ad minus attingit 22. annum, & collationem factam habenti 20. tamen, non valuisse. Et confirmatur ex *decis. 129. num. 3. lib. 3. par. 3. divers.* ubi auditor qui debet esse sacerdos saltem debet esse in tali aetate ut statim possit ordinari.

Non obstant pro contraria parte consideraciones factæ, nam falsæ ex necessaria interpretatione apparent ex iuribus, ex sacris declarationibus & tot tantisque & decisionibus & Doctoribus contrarium tenentibus & decidentibus, quæ omnia in fundamentis satis sunt perpena.

S V M M A R I V M.

- Intellectus Concilii Trident. sess. 25. cap. 6. vers. in criminibus, num. 1. & 6.
- Suspectus de fuga comprehendi potest a iudice incompetenti, num. 2.
- Suspectus de fuga quando quis dicitur, num. 3.
- Incontinentia quomodo probetur, num. 4.
- Concubinatus poena an requirit monitionem, num. 5.
- Carceratus quomodo cautionem, & quando dare debet, num. 7.
- Carcerari Sacerdotes de facili odiosum est, num. 8.
- Sacerdotum delicta non sunt publicanda, num. 9.
- Carcer non fuit inventus ad poenam, num. 10. fallit num. 11.
- Carcerandus quando non sit delinquens, num. 12.
- Appellatio ab indebita carceratione rellè interponitur, num. 13.

QUÆSTIO VIGESIMA.

Quando Episcopus possit sine Adiunctis ad necessariam Capitularium detentionem procedere?

1 Concilium ꝑ Tridentinum in hoc cap. 6. vers. in criminibus tamen, *sess. 25. de reform. statuit: In criminibus ex incontinentia provenientibus* (de quibus cap. 14. *sess. 25.*) & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirerentibus, ubi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, quod Episcopus possit initio solus ad summariam informationem procedere, & detentionem necessariam, quod decretum & iuri communi consonat, c. ut fama de senten. excomm. 2. in tantum ut de fuga ꝑ suspecti capi possit etiam a iudice incompetenti, ex Milingerio *cent. 2. observ. 65.* notat Aloysius in *collect. decis. 260.* late Farin. de *carcer. quest. 27. num. 76. tom. 1.* Foller. in *praxi criminali canonica cap. 14. num. 4.*

3 Quando dicatur quis suspectus ꝑ de fuga tradit Carcer. *resol. cap. 10. num. 13.* Salustius in *praxi ind. lib. 2. cap.*

23. Phæbus *decis. Portugalie § 4. par. 1.* idem tradit & D. Sesse de *inhibitiõibus cap. 9. §. 2. num. 44. & 46.* tractans de iudice incompetenti qui potest de fuga suspectum clericum captione detinere.

Ad iustificacionem autem captura que debeat procedere Hyppolitus in l. 1. num. 15. *ff. de questionibus*, quomodo ꝑ probetur in continentia late tractatur roaximè in materia Concubinatus a Farin. 4. par. qu. 136. ab eodem *conf. 38. 78. & 85. par. 1.* Riccius *decis. 76. par. 1.* An verò requiratur ꝑ monitio ut incurtatur Concubinatus novissimè tractat Grillezoovius *conf. 19. & Ottero par. 3. disput.* Quod si Episcopus sit in possessione ꝑ ut solus procedat ad summariam informationem, & ad capturam in casibus non expressis in presentis versiculo. In criminibus tamen, illud ius Episcopo servandum est, ad tradita per Rotam proponente Illustrissimo Mantica *decis. 180. num. 6. & decis. 207.*

An verò captus ꝑ propter suspicionem iudice debeat carere ut extrahatur a carcere, & quod iudicio silet, & quod iudicatum solvet, late disputat Riccius *decis. 68. par. 1.*

Non abs re alieni videbitur si quidem: in hac questione de incarceratione Capitularis egimus, breviter admonere, iuri non esse ꝑ consonum, aut rationi, Sacerdotes aliof. 8. ve Clericos prolevissimis culpis in carcerem conicere, nam Concilium Tridentinum *dist. cap. 14. sess. 25.* constituit Clericum convictum de crimine incontinentie, primò tertiam partem reddituum beneficii amittere, secundò a beneficio esse suspendendum, tertio tandem eo esse privandum, at in fine subdit: Clericos verò qui non habent beneficia carceris poena, & aliis poenis esse puniendos, quæ in iure Canonico sunt præscriptæ, plane significans Clericos habentes beneficia pro crimine incontinentie non esse in carcerem coniciendos ante sententiam, ut patet per argumentum à contrario sensu, quod valet in iure, l. 1. *ff. de offic. eius.* id etiam declarando dictum Tridentinum disponit constitutio Eboensis Archiepiscopus *tit. 1. 6. a. princip.* ut refert Balconcellos *divers. iur. argum. lib. 1. cap. 5. num. 21.* qui in proposito latius digreditur, prædictorum ratio est, nam quando Clerici in iudicio de similibus delictis publice accusantur ꝑ infamia notam aliquam incurant *argumen. cap. fin. de cohabit. Cleric.* Sed & publicatur magis si Clerici carceribus mancipantur, ex quo sequitur populi scandalum, dignitates Clericalis dedecus & contemptus, divini cultus subtrachio, ipsi delinquentibus alimonia, quam præcipue celebratione comparant. Id ipsum, & ius commune comprobat, si Bernardum legas in *praxi criminali cap. 6. num. 7.* ubi Salzedo, Huc pœnat, quod de iure civili, carcer ꝑ non fuit inventus ad poenam, sed ad custodiam, l. aut damnus, §. in ordine, & §. solet l. mandatis 35. *ff. de poenis, de quo puncto plures disputantes congestos, vide apud Valenzuela conf. 43. num. 159.* quod & ius Canonicum admittit clarum est iuxta regulam cap. 1. & 2. de *nov. oper. nunc.* Et regulariter verum est, nam ꝑ aliquando Iudices pronuntiant carcerem succedere loco poenæ, ut plurius testimoniis sententiavit Vivius *decis. 628. num. 2.* & aliquando criminis excessus & enormitas coniectionem carceris persuadent, ut in dicto vers. in criminibus, c. Clericos de *sent. excomm. d. cap. 14. Sess. 25. cap. 2. de poenis, c. quamvis eod. tit. in 6.* prosequitur Segura in *directione Iud. Eccles. 2. p. cap. 13. m. 4.* Hæc verò carceris ꝑ coniectio nimimè erit necessaria, quando poena corporalis non sit imponenda reo, quando satis dederit reus, vel dives fuerit, l. *ff. de custodia. reor.* ubi Bart. notat Boffius in *praxi crimin. tit. de carcerato fideiussoribus committendis*, Julio Claro in *praxi qu. 46. n. 7.* Patormitan. in *cap. legatur de maior. & obed. nu. 1.* ubi Felin. num. 2. Segura d. c. 13. num. 11. & 13.

Ex his licita ꝑ erit appellatio ab indebita carceratione cuius gravamen inter ea connumerantur, quæ per appellationem a distinctiva reparari nequeunt, ut Cardinalis interpres declaravit ad cap. 1. *sess. 13. de reform.* ubi Farin. §. per *diffinitivam*, & suo more repetit Marcilla *lib. 4. tit. 10. cap. 5.* plures huius sententiæ authores congerit Barbosa *sess. 24. cap. 10. de reform. num. 10.*

S V M M A R I V M.

- Intellectus cap. 4. Sess. 6. de reform. n. 1. & 8.
- Relatum est in referente, num. 2.
- Capitularium appellacionem veniunt Canonici, n. 3.
- Dignitates & Capitulum sunt diversa, n. 4.
- Dignitates non veniunt appellacione Capituli etiam si de consuetudine sint Capitulares, n. 5. & 18.
- Maior non venit appellacione minoris, n. 6.
- Opus Canonici permissa, non etiam Dignitatibus conceditur, num. 7.
- Dictio, verò, est adverbialia, n. 9.
- Exceptio præponderat generi, n. 10.
- Dignitates sine Adiunctis non possunt carcerari in Ecclesia Conchen. n. 11.
- Dignitates accipiunt dotem ex mensa communi, n. 13.
- Maior honore, & maior esse debet prerogativa, n. 14.
- Dignitates nomine & sine præstant, n. 15.
- Danonicorum officium, n. 16.
- Dignitates gaudent Adiunctis ex declaratione Cardinalium, num. 17.
- Dignitates comprehenduntur appellacione Capituli in multis, n. 18. & 5.
- Canonici veniunt appellacione Clericorum in favorabilibus, num. 19.
- Dignitatibus & Canonici multa conveniunt, n. 20. & 22.
- Canonici veniunt appellacione Dignitatum, n. 21.
- Dignitas superveniens auget non minuit, n. 23.
- Dignitates Collegiarum non gaudent Adiunctis, n. 24.

QUÆSTIO VIGESIMA PRIMA.

An Episcopus solus possit procedere contra Dignitate non Capitulares?

1 Affirmativa videtur probari nam textus ꝑ in hoc cap. 6. *Sess. 25. de reform.* sese refert ad textum in c. 4. *Sess. 6. de reform.* Sed textus in d. c. 4. agit de modo procedendi contra Capitulares, ampliat & restringit: ergo Episcopus contra Dignitates non Capitulares absque Adiunctis potest procedere.

2 Dieta sigillatim probantur, primò quia relatum ꝑ est in referenda iuxta vulgaria iura. *Authentica si quis in aliquo, c. de eadem. ubi glof. & decis. 27. num. 3. & dec. 40. num. 2. par. 2.*

3 *Divers.* Secundo, quia ꝑ Capitularium appellacionem non veniunt alii quam Canonici, Panor. in c. cum olim nu. 7. & 8. de *reud. & in c. n. 13. in scriptum nu. 4. de elect. Felinus in *proem. decretal. §. Gregorius nu. 16.* Rota *decis. 41. nu. 6. p. 1. divers.* Otanus in *una Calaguriana iuris votandi apud Farinac. in recollectis decis. 658.**

4 Quomodo diversa ꝑ censentur Dignitates & Capitulum, cap. ex parte Decani, ubi Decanus & Capitulum, de *rescriptis c. bonis in princ. ibi. Præposito & Capitulo de postulat. prelat. c. dilecti 13. de maior. & obed.* ubi Panor. notab. 1. observat Dignitates, Capellanos, & Beneficiatos carentes Canoniatu non esse de Capitulo c. 2. de *instituti.* ubi Innoc. docet quod Clerici qui præbenduntur in Ecclesiis, si non habent ius Canonicius, nullo modo ad electionem, vel ad alia facta Capituli vocantur. Ex quibus ꝑ Genuensium in *praxi Archiepiscopali, c. 85. n. 21.* appellacione Capituli Dignitates comprehendunt, etiam si de consuetudine vocem habeant in Capitulo, expresse negat, vide infra q. 23. & quod Canonici appellacione Dignitates non veniant probatur, quia majoritate præstant Dignitates Canonici, *cap. statutum de rescript. in 6.* ubi noratur omnes, late Consilium Paduanum apud Franciscum Zabarella *nu. 59. Lanccellor. in templo iud. lib. 2. c. 7. num. 18.* Sed ꝑ minoris appellacionem non venit major, c. fin. de *prebend. cum in illis eod. tit. in 6. decis. 343. n. 2. decis. 592. nu. etiam 2. par. 1. divers.* Ergo non veniet dignitas Canonici appellacione. Unde & opto ꝑ Canonici permissa, Dignitatibus non concessa creditur. Calder. *conf. 5. de consuet. Gonzal. reg. 8. glof. 34. n. 9. Moneta de optione canonica q. 1. c. 4. n. 2.*

Nihilominus contraria sententia, quæ verior est efficacioribus nititur argumentis, primò ex d. c. 6. *Sess. 25. v. qui verò*, ubi hæc verba: *Qui verò non obtinent Dignitates, nec fines de Capitula, hi omnes Episcopo subiciantur*: ergo, qui obtinent Dignitates etiam si Capitulares non sint, Adiunctorum prerogativa gaudent.

Si replicas deductionem ꝑ istam colligi per argumentum 8 à contrario sensu, cui non est locus, quoties interpretatio fit contra jus, l. nec emere, c. de iuro delib. *glof. 2. in c. significasti de for. compet. quam sequitur ibi Panor. n. 24.* Respondeo assistere potius, quàm resistere jus, ut Episcopus in membrorum suorum causis de membrorum suorum consensu procedat, ut supra q. 1. *fundam. 2. 3. 6. 9. & 13. probavimus.*

Rursus respondeo dictum versiculum, qui verò, esse exceptionem regulæ propositæ, ut Episcopus de Adiunctorum consensu procedat in causis suorum Capitularium, ut patet ex dictione ꝑ illa verò, quæ est adverbialia, cum silius in principio, *ff. de verbor. cap. at si Clerici, §. de adulteris*, ubi Decius n. 1. extra de iud. notat Bart. in l. sita *scriptum de liber. & posthum.* ubi Alex. & Jaf. n. 4. & plures alii quos refert & sequitur Cenedo *singulari 99.* Exceptio ꝑ verò cum sit casus specialis, generi præponderat, l. 1. l. in toto iure *civilis. ff. de reg. iur. c. generi eodem tit. in 6.* Unde & Illustrissimus Cardinalis Mantica *decis. 207. num. 8.* Decisum ꝑ relinquunt in causa Adiunctorum Sedes Conchen. iurisdictionem carcerandi, vel Dignitates, vel Capitulares in illa Ecclesia, quæ Adiunctorum reservatione gaudet esse communem Episcopo, & Capitulo.

Secundò fundatur hæc sententia, quia non est novum, ut diversæ professionis reperiantur clerici ꝑ in una Congregatione, & tamen omnes sint exempti *cap. fin. §. pen. in fine de statu Monach. & quod ꝑ dignitates dorem accipiunt ex bonis Capituli, ut præsupponit Felinus in c. cum accessissent n. 14. 15. & 16. de consuet. unde succedit illud Pauli 1. ad Corinth. c. 10. n. 17. Unum corpus, multi sumus, qui de uno pane participamus.*

Tertio, fundatur hæc sententia, quia quic ꝑ maioribus fulgent honoribus maioribus, & debent gaudere prerogativis, ut supra q. 1. *fundamento 13. latius.* Sed Dignitates ꝑ honore præcellunt, ut colligitur primò ex nomine, nam Papa vocatur dignitatis apex, Episcopus dignitatum culmen, & dignitates simpliciter qui in Cathedralibus, & Collegiatis ad decorem, & splendorem Ecclesie sunt instituti, ut ex *Oldrad. conf. 259. num. 3.* observat Tufchus *libra D. c. 128. 428.* Secundo ex fine propter quem fuerunt inventæ, id est non solum ad conservandam, sed etiam augendam Ecclesiasticam disciplinam c. 12. *Sess. 24. de reform.* At Canonici ꝑ conservanda Ecclesiasticæ discipline ministri, ad late tradita per Rodericum Zamoten. Episcopus in *speculum vite humane c. 19.* Adiunctorum prerogativa latentur, ergo & dignitates à foriori qui Ecclesiasticam disciplinam & conservant, & augent.

Quarto, quia Sacra ꝑ Cardinalium Congregatio apud Marcillam *lib. 4. tit. 7. c. 22.* hoc ipsum insinuat, cuius verba sunt *cap. 6. Sess. 25. vers. qui verò non obtinent dignitates*, præservate, nedum quæ habent administrationem cum iurisdictione, sed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Ecclesia.

Quinto, quia in favorabilibus appellacione ꝑ Capituli comprehenditur Archiepiscopus, Decanus, & similes, ut docet *glof. verbo nullatenus per te. ibi in cap. post electionem, §. cum igitur de concess. præbend. Felinus in proemio decretal. §. Gregorius num. 16. per textum in cap. fin. de Simonia*, ut simili appellacione Clericorum in favorabilibus ꝑ comprehenduntur Canonici, ut ex Card. Alex. in c. Clerici *dist. 21.* & Panor. in c. 2. n. 5. de *cohabit. cler. & mulier.* observat Lanccellor. in *templo iud. lib. 2. c. 1. §. 4. n. 3. per exemptionem de privil. in 6.* Franciscus Marq. q. 122. m. 3. prosequimur latius in *Canonicali par. 6. c. 2.*

Sextò à simili, nam ꝑ sicut Canonici fidem profiteri tenentur, & coram Episcopo, vel ejus Vicario generali, & in Capitulo c. 1. §. *provisi. Sess. 24. de reform.* Sic & dignitates, vel personarum obtinentes, ut Farinac. ex Sacra Congre-

201. num. 11. & conf. 247. num. 7. Silvanus conf. 63. nu. 18. & conf. 65. num. 17. & conf. 98. num. 18. Menochius conf. 17. num. 97. Riminaldus Junior conf. 102. num. 5. & sequen. Gabriel. conf. 89. num. 17. & 18. lib. 1. Barth. Socinus conf. 145. num. 2. lib. 1. Statibus itaque Apostolicis privilegiis, quorum tenore inspecto sub die 27. Junii 1582. fuit conclusum pro manutentione ad favorem Scholastici, & constitutionibus Universitatis, & observantia per testes remissoriales legitime probata. Domini a prefata decisione sub die 13. Decembris 1582. recedentes Scholasticum etiam respectu Dignitatis Scholasticæ in Ecclesia Salmantina residentis a jurisdictione Reverendissimi Episcopi Salmantini pro tempore presidentis, exemptum censuerunt, ac minime mutanda, quæ eandem interpretationem semper habuerunt, *l. unum ff. de legibus.*

S V M M A R I V M.

**P**ortionarii licet de iure non sint Capitulares, de consuetudine tamen solent esse, n. 1.  
**C**apitulo Sede vacante appellatione veniunt Capitulares de consuetudine, num. 2.  
**V**ocem habere in Capitulo, non est esse Capitularem, nu. 3. & 4.  
**V**ocem habens in Capitulo in aliquibus habet, & in aliquibus non, num. 6.  
**T**irafonei. Portionarii sunt de Capitulo, & habent vocem in Capitulo sed non sunt Capitulares, n. 7.

QUESTIO VIGESIMATERTIA.

An Episcopus procedat cum Adjunctis contra Portionarios Capitulares?

**A**ffirmative concipiendum esse hanc questionem videtur probari ex his que congerit Barbofa ad Tridentinum Sess. 25. cap. 6. nu. 1. Aloysius collectam. decif. 751. Item in vers. qui vero non obtinent Dignitates disti. cap. 6. stem ex decif. 713. num. 5. par. 1. divers. Verat. decif. 91. par. 1. Ubi licet verum sit quod de jure Portionarii non sunt de Capitulo, stante vero consuetudine bene possunt esse Capitulares, & per consequens ad eos pertinere actus & facultates Capitularibus convenientes. Unde & appellatione Capituli Sede vacante, veniunt omnes, qui ex consuetudine vel statuti sunt Capitulares, Farinac. ex Orano in recol. lectis civilibus decif. 638. n. 5. Unde & Portionarius in Coniudices eligi posse affirmat Barbofa d. n. 1. & Riccius disputare resolut. practicab. cap. 39.

Negative vero concipiendum esse questionem istam videtur probari ex Sacre Congregationis declaratione ad c. 6. cujus copiam recitat Farinac. ibidem vers. quando Episcopus visitaverit in fine, & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 20. littera N. in fine ubi etiam quod si Portionarii habeant vocem in Capitulo, Episcopus omnimode contra eos procedit.

Sed affirmans & negans pars sic devenit ad concordiam distinguendo, aliud esse quod Episcopus in Capitulo habeat vocem in Capitulo, prout glossa distinguit verbo in eisdem Clemens. 2. de etat. & qualitat. Farinac. & Marcilla supra, & facti textus in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. ita distinguit & Rota apud Achilem de Gratiss decif. 1. de his que sunt a maior. par. Capituli. Pars affirmans est intelligenda Capitularibus, & negans de his qui non sunt de Capitulo, sed habent vocem in Capitulo, quia non sequitur, habet quis quod vocem in Capitulo, ergo est Capitularis, Geminius & Franc. in cap. fin. de prebend. in 6. Felinus in cap. cum olim de reind. quos refert & sequitur Genuensis in praxi. Archiepiscopali c. 85. num. 21. Unde licet Portionarii & dimidii Portionarii habeant vocem in Capitulo in Ecclesiis Cordubens. Cathaginen. Hspalen. Calaguritan. & Calciaten. & in aliis Hispania. Tamen in Electionibus, provisionibus, & ad effectum coniudicum pro Capitularibus non habentur, ut multis decisionibus constat, maxime decisione Hspalen. 416. num. 6. p. 1. recentif. & pluribus aliis confirmat Gonzalez regula 8. glof. 43. v. 45. & Farinac. decif. 53. 4. p. Congregationem Concilii censuisse, 22. Junii anno 1553.

tunc Portionarios integros, vel dimidios inter Capitulares annumerari, non cum vocem habent in Capitulo, sed cum ex Apostolico privilegio, vel ex consuetudine aut Ecclesie statuto inter Capitulares connumerantur, ideo si ipsi talibus facultatibus non possint, Episcopus poterit sine adjunctis contra illos procedere, & novissime licet Portionarii Tirafonei fuerint manutenti in votandi jure, quia pro Capitularibus sunt declarati, non tamen quoad omnes actus, sed quoad alienationes dumtaxat, & lites, ut coram Domino Manzanedo decif. 640. par. 2. recentif. & de converso in Ecclesia Calciaten. ubi Portionarii sunt de Capitulo, decif. extat in Coniudices posse eligi, ut & per Sacram Congregationem fuerat declaratum, ut refert & sequitur Rota decif. 708. num. 2. par. 2. recentif. ea ratione quia licet Decanus, & alia Dignitates non censentur de Capitulo, tamen secus ubi statutum, vel consuetudo disponit quod sint de Capitulo, Abbas in cap. cum inter universas not. 1. in c. auditis not. 3. n. 3. de elect. & alii quos refert, & sequitur Valentinus Andreas d. decif. 708. n. 3.

S V M M A R I V M.

**C**onsuetudo immemoralis habet vim privilegii maxime si concurrat fama a num. 1. & 4. & 21.  
**V**isitatio exemptio conceditur privilegio, n. 2.  
**E**piscopus qui iuravit non procedere contra Capitulares tenetur servare iuramentum, num. 3. & Concilium Tridentinum Sess. 25. de reformat. cap. 14. declaratur, num. 5. & 23. & 26.  
**V**isitatio summatim roboratur, n. 6.  
**V**isitatio in censetur reservatum, num. 7.  
**C**onsuetudine damnata contra visitationem censetur damnata immemoralis, quia est contra bonos mores non visitare, num. 8.  
**C**onsuetudo immemoralis non visitanda hodie est sublata, numer. 9.  
**V**isitandi facultas intelligitur concessa cum lativè non privativè, num. 10.  
**V**isitas semel potest & visitari dum punitus non puniatur, numer. 11.  
**V**isitatio pendet a iurisdictione ordinaria, num. 12.  
**A**djuutorum associatio de iure communi pendet a voluntate Episcopi visitantis, nisi procedat ad punitionem, n. 13.  
**V**isitatio solemnis & specialis, vel non solemnis & generalis, num. 14.  
**I**mmemoralis consuetudo contra visitationem est sublata, numer. 15.  
**C**athedralium visitatio praecepta est necessaria, n. 16.  
**I**accen. preterea immemorales consuetudo in visitatione, numer. 17.  
**I**mmemoralis quomodo sit prebenda, n. 18.  
**V**isitatio Notarius debet non esse Clericus, n. 19.  
**A**dministratores visitando sunt, n. 20.  
**R**atio semel reddit a quando recipi possit, n. 21.  
**I**uramentum sequitur naturam actus, intelligit ut n. 23.  
**I**uramentum sumit tenet auctorem, n. 24.  
**E**piscopus iuramento se potest obligare tribuendi plus Capitulis in iurisdictione quam Concilium tribuit, n. 25.

QUESTIO VIGESIMAQUARTA.

An Episcopus possit visitare Capitulares sine Adjunctis, ubi contraria consuetudo immemoralis viget?

**N**on posse sine Adjunctis Capitulares visitari ad Episcopo videtur probari, nam hujusmodi consuetudo habet vim privilegii, c. novis de indic. c. super quibusdam, & preterea, ubi glossa verbo non extat de verb. signif. maxime si concurrat cum immemoralis fama privilegii, juxta celebrem decisionem Putei 365. lib. 1. Sed privilegio Romani Pontificis quis potest omnimode a visitatione liberari, Achilles de Gratiss dec. 15. de privileg. Ergo, & immemoralis consuetudine potest quis liberari.

Secundo, quia si immemoralis consuetudo esset sublata per Tridentinum Sess. 6. cap. 4. & Sess. 25. de reform. Juramentum præstitum ab Episcopo de non procedendo contra Capitulares delinquentes in quæcumque correctione sine Adjunctis, nihil valeret tamquam super actum nullum, *l. final. C. de non numer. pecun. cap. veniens, c. venientes, c. quinta vallis de iure, quippe cum in hac generalitate comprehenderetur & visitatio, ut in una Legionen. iurisdictionis cavetur apud Seraphinum decif. 475. Sed hujusmodi juramentum observare compellitur Episcopus, qui illud præstitit, ut in una Palentina iurisdictionis Rota censuit apud eundem Seraphinum decif. 205. & censuatur in eadem causa apud Casarem de Gratiss decif. 2. num. 3. de iuraturan. Ergo, quod potest introduci statuto juramento firmato, potest & introduci & immemoralis, quo tanti est pondus & momenti, ut decifum reliquit Rota in una coram Decano 9. Januarii de anno 1597. quam refert Farinac. in recol. lect. civilibus decif. 642. num. 3. quia consuetudo immemoralis sufficit ad acquirenda etiam specialiter reservata. Principi per textum in d. s. preterea, Panot. in c. cum nobis n. 1. §. quædam de prescript. Jal. conf. 208. nu. 2. §. 3. volum. 2. Baldus de prescriptioibus 2. par. tertie partis qu. 6. §. hinc est, & quilibet titulus de mundo allegari potest ab eo qui immemoralis consuetudine nititur, Felinus in cap. causam quæ nup. 2. de prescriptioibus.*

Tertio, quia & Concilium Trident. Sess. 25. de reform. in genere cap. 14. in fine, prohibet ne Decani & Archidiaconi de combinatum cognoscant, & tamen Illustrissimi Cardinales ibidem declarant talem prohibitionem non extendi ad eos quibus cognitio competit ex immemoralibus, ut declarationem perhibent Farinac. ad illum textum vers. ad Archidiaconos, & Marcilla lib. 4. tit. 15. cap. 1. in fine, & in c. 20. Sess. 24. de reform. ubi Barbofa n. 20. Gonzal. regula 8. glof. 4. 3. n. 5. Seraphinus dec. 585. n. 2.

Contraria tamen sententia, quæ veteri est efficacioribus nititur argumentis, primò quia summa est ratio quæ pro visitatione facit, est enim introducta pro bonis moribus emendandis, & pravis corrigendis, c. inrefragabili de offic. ord. c. 1. §. sane de censib. lib. 6. Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 3. & ut ea quæ pertinent ad Sacramenta, ad Basilicas earumque redditus reparantur, cap. Episcopum 10. q. 1. profertur Socin. de visitat. num. 28. Seraphin. decif. 475. n. 2. ut late profertur Pavinus de visitationibus q. 8. par. 1. Propter quam quæ causam jus visitandi censetur specialiter reservatum Episcopo, si specialiter non est concessum, Rota decif. 186. nu. 4. par. 1. divers. Marthei ad Guidoneum Pape decif. 18. Gratianus discept. forens. c. 48. n. 1. §. sequen.

Propter eandem rationem damnata consuetudine contra visitationem, censetur damnata consuetudo immemoralis, quia est rationi, & bonis moribus contraria, ad cumularios per Marelocum lib. 2. var. cap. 101. num. 6. Propter et eandem rationem hodierna dici cessat consuetudo immemoralis Episcopum comprimens a visitatione, etiam eorum quos alius inferior jure ad id specialiter competentem visitaverat, ut in d. cap. 5. Sess. 24. quæ eo casu censetur acquisitum jus visitandi quod cum lativè non privativè dec. 30. & decif. 33. par. 2. apud Farinac. in causa Abulen. refert & Riccius collectan. 128. Illustrissimi vero Cardinales disti. cap. 3. declarant, ut procederet præfata doctrina dummodo punitus non puniret, aut non cogeret abfolutos ad suam innocentiam demonstrandam, ut ibidem Farinac. §. sed non idè, Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 13. Ratio est, quia non est quod verosimile Concilium voluisse subditos gravate duplici onere visitationis, Gratianus discept. forens. cap. 112. num. 39.

Secundo, quia de facili res revertitur ad jus commune cap. ab exordio disti. 35. l. si unus §. patius non pteret, ff. de patris, & Episcopus demonstrat visitatio Cathedralium in forma juris communis d. cap. 4. Sess. 6. libi juxta Canonicas sanctiones, Rota decif. 38. num. 2. par. 2. divers. quia visitatio pendet a jurisdictione ordinaria, cap. 1. §. hanc autem de censibus in 6. Socin. de visitatione nu. 4. vers. Decimo quæ ro, Seraphinus decif. 615. num. 3. Sed de jure communi quod nullibi expressum reperitur, quod Episcopus debeat visita-

re Capitulares cum adjunctis, sed solus vel his quos sibi socios adungere videbitur cap. conquirente 1. 6. de offic. ord. c. cum Venerabilis 21. de censibus cap. 1. eodem tit. in 6. Unde Illustrissimi declarant quod in visitatione solus Episcopus, in cogitationibus causam cum voto unitis, vel duorum Canonicorum contra Capitulares procederet decif. 321. p. 2. divers. Vel sic quod in visitatione non tenetur adhibuisse Adjunctos, nec aliquid crimen pœna ordinaria corrigere, sed ea quæ ad morum magis emendationem quam punitionem respiciat, ut latius apud Farinac. in dist. cap. 6. Sess. 25. §. quando Episcopus visitaverit, vers. ad secundum, & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 20. & in decif. Illeden. 483. p. 1. recentis, ubi latissime de inquisitione generali, & solemnibus & specialibus ad visitationem, ergo nihil mirum si consuetudo immemoralis non obstat, quàm Concilium d. cap. 6. Sess. 25. vers. qui verò, expressè substatuli.

Tertio, quia quilibet immemoralis consuetudo contra visitationem est sublata in genere cap. 8. Sess. 7. cap. 3. Sess. 21. cap. 3. & 9. Sess. 24. de reform. optime in decif. Salmant. 744. num. 1. par. 1. divers. Etiam quod circa faciendam visitationem Cathedralium cum adjunctis, ut in d. c. 4. Sess. 64. & in d. c. 6. Sess. 25. ubi Farinac. §. etiam immemoralibus, Marcilla lib. 3. tit. 7. c. 22. quod Rota sapsius declaravit, ut in decisionibus quas in civilibus colligit Farinac. decif. 715. num. 4. & 709. nu. 3. & in decif. 743. nu. 4. par. 1. divers. & in recentissimis Farinac. in una Illeden. decif. 62. par. 1. aliàs inagnum sequeretur absurdum quod in visitatione non ederet ratio a capite, & qui alios esset correctus non puniret se, & suos corrigeret, cap. 1. ubi glof. verbo prius de censibus in l. argentarius ff. de edendo §. inducit. 1. q. 7. cap. ea qua, §. si vero de statu regular. & illud Petri epistola 1. cap. 4. iudicium incipiat à Domo Dei.

Quarto fundatur hæc sententia in praxi quæ hujus Archiepiscopus, quanti sit ponderis, & momenti dixit supra q. 22. fundamento 8. & disponit Guido Pape in præfatione dec. per textum in §. fin. in §. fin. de assid. nam in causa Jaccen. iurisdictionis, tempore recordationis felicis D. Don Petri Maurique Rituum Ecclesiasticorum observantissimi cultoris, & Evangelicæ prædicationis diffamatoris eloquentissimi, cum prætenderet Decanus, & Capitulum Jaccen. non posse visitari a suo Episcopo, absque assensu Canoniceorum nominandorum a Capitulo, & id adfluere conatentur ex Bulla Innocentii VIII. & immemorialis fuit iudicatum prædictam Bullam de Adjunctorum assensu, nihil disponere, & immemorabilem non fuisse probatam cum requilito, & qualitate per testes, adseverantes scilicet, quod nec ipsi, nec eorum maiores aliquid audiverint, vel viderint contrarium gloss. verbo memoria in c. 1. de prescript. in 6. Covar. in regula possessor 2. par. 3. num. 7. Seraphinus decif. 1102. nu. 2. nec probatur similiter intentionem suam præscriptione, vel enunciatis antiquis, quod probandi genus optimum censuit Rota apud Puteum decif. 209. lib. 2. apud Seraphinum decif. 717. lib. 1. & quando, vel illo, vel isto modo sua immemoralis fuisse probata consuetudo, prædictis Decano, & Capitulo nihil præstaret ad tradita supra fundamentum procedenti, ut bene officialis Casararugustanus D. D. Petrus Azmiz juris prudentiæ assiduis fenerator, postea Canonicus Jaccen. sententiavit. In alio vero articulo Episcopum quod idem Petrus condemnavit, scilicet articulo obligationem qua tenetur Episcopus Capitulo Notarium ex Innocentiana adhibere in visitatione.

An iste Notarius debeat esse Clericus, Piafetus in praxi Episcopali par. 2. c. 4. num. 17. affirmative resolvit per textum in cap. in iuxta de offic. ordinar. Ar Covar. pr. adic. cap. 19. n. 8. & Boetius de iure sacro in declar. cap. sent. 8. qui cler. vel vocen. per textum, ibi, Mastrillus decif. 139. Farinac. in fragmentis verbo clericus n. 212. Carolus de Gratiss de effectibus clericat. cap. 8. omnium latissime, vix casum reperunt quo Clericus Notarius esse possit.

Quinto, quia etiam res rerumque ad ministratores potest Episcopus visitare, & negligentes & bonorum usurpatores castigare, ne inutilis maneat visitatio, ut Sacram Congregationem declarasse refert Farinac. in d. c. 4. vers. illorumque persona, Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 12. latius in decif. Illeden.

den. que habetur inter recentissimas Farinacii par. 1. dec. 355. ubi Rota intelligit hoc de visitatione formalis, que qualis sit sibi similiter declarat, plura circa visitationem rerum invenies apud Fulchum de visitatione lib. 1. cap. 15. numer. 30.

21. An verò ratio semel reddita iterum sit reddenda disputat Riccius in praxi dec. 610. Non obstant in contrarium proposita argumenta, non 22. primum, cui respondeo quod licet immemorialis habeat vim privilegii, non tamen est verum privilegium Socini. conf. 260. num. 22. lib. 2. cum multa, ut ipse inquit, possint acquiri per viam privilegii, que non possint acquiri per viam immemorialis, prosequitur Callaneus conf. 34. num. 13. Aymon de antiquitat. tempor. p. 4. §. absolutis differentiis num. 10. & §. 51. quos Rota sequitur dec. 744. num. 6. par. 1. diversorum.

Non obstat secundum, cui respondeo, quod juramentum sequitur naturam actus, cui adheret, ut in iuribus allegatis in argumento, & sperat naturam actus cui adheret, ut in cap. cum contingat 28. de iureiur. an. c. quavis pactum de pactis lib. 6. Authen. sacramenta a puerum, C. si adversus vend. ut latius prosequitur magister meus Sabagum in c. debitorum de iureiur. an. ad secundum argumentum, sequitur naturam actus cui adheret, propter jus iurandi potestatem, & excellentiam, dummodo ex observantia non sequatur iniquitatis vinculum, ita colligitur ex Covar. in d. cap. quavis pactum 1. par. §. 3. num. 9. 10. 11. & ex Bardaxi de iuramento venditionum for. unic. num. 5. & 6. Sabagum supra cum pluribus ab eo relatis. In iuramento de quo agimus cessat iniquitatis vinculum, & alterius præiudicium, quàm Episcopi jurantis, quia juramentum præiudicium tantum tenet auctorem, quia eo defuncto successor solus visitabit, & ipse in vita sua bene potuit sibi præiudicare, ad notata per Mohedan. dec. 50. num. 2. Panormitan. in cap. cum venissent num. 4. de institut. Felinum in cap. fin. num. fin. de prescriptionibus, Aretin. un. conf. 114. num. 7. Cessat & inquiritis vinculum, cum visitatio in hoc casu non evellatur radicibus, sed moderatim accipiat, ad tradita supra in propositione primi argumenti. Ex supradicta resolutione inferitur, quod si Episcopus iuret servare statuta Capituli in quibus Capitulum maior indulgentia concedatur, quàm expressa, in dict. cap. 4. & dict. cap. 6. five in visitatione, five extra visitationem huiusmodi juramentum servandum sit. Neque obstat quod in dict. cap. 7. cavetur, quod exemptiones, consuetudines, sententia, iuramenta, & concordia suos tantum tenent auctores, quia respondeatur, quod si derogatio Concilii in dict. cap. 4. intelligitur de futuris, sic & presertim intelligitur de futuris, ut latius quaestionem istam prosequitur Achillis de Grassis dec. 3. de pactis, ut infra quest. 25. num. fin. Ex his declarata manent constitutio Valentina de iurisdictione & eius exercitio in Canonicos Præbendatos Eccles. Valentim. delinquentes, & eius additio fol. 15. & 16.

26. Non obstat tertium, quia Tridentinum in dict. cap. 14. Sess. 25. non auferit consuetudinem immemorabilem, sicut expressè fustulit circa visitationem in c. 6. Sess. 25. vers. qui verò, & declarat Rota dec. 744. num. 1. par. 1. divers. nam ut censeatur sublata consuetudo immemorialis est necessarium, quod fiat expressa revocatio de ea in lege, vel constitutione, Flores variarum 2. qu. 10. num. 44. Emmanuel quest. regular. tomo 1. q. 9. art. 5. Gonzal. reg. 8. glossa 33. n. 2. quos refert & sequitur Barbosa ad Trident. Sess. 24. cap. 12. n. 30. nec sufficienti ad revocationem verba quantumcumque generalia, ut multis Doctoribus comprobatur Marefortus 2. var. c. 101. n. 4. dicimus supra fundam. 3.

Illud verò animadvertendum est ad declarationem Concilii Trid. Sess. 24. de reform. c. 20. §. Ad hæc, Sacram Congregationem ibidem declarasse, quod dum cognoscitur super immemorabili possessione (in qua pretendit esse inferior cognoscendi de matrimonialibus, vel criminalibus causis) per tres conformes, Ordinarius debet manuteneri. Si tamen inferior docet non solum de possessione, sed privilegio, tunc statim esse manutendens inferior, ut censuit Rota coram R. P. D. Ceccino Decano dec. 447. p. 1. re-

centis, quam decisionem miror non fuisse typis mandatas inter impressas eiusdem de anno 1623.

S V M M A R I V M.

Generalis dispositio non trahitur ad casus decisis sententia, vel transactione, num. 1. Visitatio comprehenditur appellatio iurisdictionis, n. 2. Episcopus potest visitare Capitulum sapius in anno, n. 3. Visitatio non tollitur statutis, n. 4. Clausula, nulla concordia, extenditur ad concordias confirmatas, num. 5. Intellectus ad cap. 4. Sess. 6. de reformat. num. 6. & num. seq. & 19.

Sententia & privilegium non tollitur ad cap. 4. Sess. 6. n. 7. Geminati vinculi potentia, n. 8. Duplex est confirmatio, n. 9. Confirmatio ex certa scientia que, n. 10. Confirmationis faciendi cautela, n. 11. Burgensis concordia confirmatio, n. 12. Barbaltrensis concordia confirmatio, n. 13. Privilegium cuius tenor non narratur, si habet clausulam ex certa scientia dicitur confirmatum in specie, n. 14. Confirmatio generalis ex certa scientia non trahitur ad illicita, num. 15. Pactum de confirmando intelligitur de confirmatione ex certa scientia, num. 16. Confirmatio ex duntaxatitate temporis presumpta, intelligitur in forma communi, num. 17. Concordia ex certa scientia confirmata non tollitur à Concilio Tridentino, num. 18.

QUESTIO VIGESIMAQUINTA.

An sint sublata statuta, vel Concordia à Sede Apostolica confirmata, quibus decernitur Episcopus sine Adjunctis Capitulares non posse visitare?

Videtur dicendum generalem dispositionem Concilii non tollere potestatem inferiori tributam iuxta ea que habentur in glossa 1. in fine in l. sciendum, ff. qui satisfare cogantur, ubi Jab. num. 5. sicut & generalis dispositio non extenditur ad casus decisos sententia, vel transactione ad l. causas, Cod. de transactione, & ad Put. lib. 5. dec. 213. num. 4.

Secundo, videtur probari ex decisione Seraphini 475. & 1008. ubi in causa Legionen. & Burgen. decisum fuit concordiam esse servandam etiam circa visitationem quæ appellatio iurisdictionis comprehenditur cap. conuenerunt, ubi notantur Doctores de officio ordinari. Aliàs possit Episcopus procedendo per modum visitationis eludere Concordiam quæ ipsam, cum possit Capitulum suum arbitrio suo visitare multiplicatis vicibus, nam textus in cap. decernimus 10. q. 1. & in cap. 3. Sess. 24. de reform. in Tridentino, licet dicant quotannis debere Episcopus visitare, sed non prohibet quin possit pluries ex causa id facere.

Sed contrarium innui videtur, scilicet, vel statuta, vel concordias non tollere visitationem omnimodam, & independentem ab Adjutorum ministerio, quod probatur primo ex d. c. 4. Sess. 6. ubi: nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordias se tueri possunt, quo minus a suis Episcopis visitari possint; nam advertendum est, quod generalitas in illa nullis concordias, trahitur etiam ad concordias confirmatas Vitalinis in Clem. audiam, & nos tenem n. 14. de sepulturis. Secundo, & ex Sacra Congregationis declaratione quam refert Farinac. ad dictum c. 6. §. qui non obtinent, & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 22. & dec. Rote coram D. Pamphilio cuius copia habetur impressa in recollectis civilibus apud Farinacium dec. 715.

In hac difficultate sciendum est, primo in Congregatione Concilii fuisse propositum. An textus in cap. 4. Sess. 6. & in cap. 6. Sess. 25. de reform. in Tridentino comprehendere in suis derogationibus concordias confirmatas ex certa scientia, & cum cause cognitione, & licet primo fuisse responsum comprehendere, sed postea Sanctissimus excitaribus Dominis de Rota ex Congregationis Sacre sententia declaravit in hoc textu, & dict. cap. 4. Sess. 6. esse præferendas dictas concordias, ut attestantur Farinac. in d. cap. 6. verbo etiam immemorabilibus, ver. sic fuit propositum, & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 22. Gonzal. regul. 8. gloss. 25. n. 14. quem refert & sequitur Barbosa in dict. cap. 6. in fine, & latius habetur in causa Olcenis coram R. P. D. Blanchetto, & in ejus decisione, que reperitur apud Marchesanum de commiss. par. 1. §. 1. de appellatione ab interlocutoria dec. 4. Maxime tamen hæc lector amantissime rimari non dedigneris in una Illerd. coram R. P. D. Iusto in recentissimis, Farinac. dec. 57. & 163. p. 1.

Secundo sciendum est similiter non fuisse derogatum per dicta capitula, sententia & privilegio, nam cum Concilium faciat diversas derogationes, his simul junctis non videtur voluisse derogare, ut Sacram Congregationem declarasse refertur Farinac. in c. 8. Sess. 7. de reform. §. privilegii, & in cap. 20. §. ad hæc de reform. Sess. 24. & Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 4. & tit. 5. c. 7. & secundum hanc declarationem decimum exiit in Rota in una Palentina jurisdictionis apud Achillem de Grassis dec. 3. de pactis. Pro qua sententia facit, quod de geminati vinculi potentia dicitur in §. sed hodie instituit. de adoptione. & refertur Doctores in l. si servum, ubi Salicetus nu. 9. vers. exemplum, dicit statutum, de nov. Alexan. conf. 118. n. 5. in fine lib. 5. Decius conf. 599. nu. 3. Gozadinus conf. 14. n. 22.

Tertio sciendum est cum Panor. in cap. penult. n. 3. de confirm. utri. Alexan. conf. 59. lib. 1. num. 8. Butato conf. 208. n. 25. lib. 1. maxime tamen cum Cavado dec. 1. num. 2. & 3. quod confirmatio duplex est, altera que fit in forma communi, & dicitur illa que fit sine cause cognitione de qua in c. ult. de elect. in 6. Rebut. in concordata de regia ad Prelat. verbo confirmationes, vers. nota, que confirmatio nihil novi juris tribuit Vital. in tract. clausularum, clausula quatenus rite & recte num. 7. actumque nullum validum non efficit, sed acti valido robur præstat Bossius in tractatu de Principe num. 348. Molina de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7. Confirmatio ex certa scientia que fit & specialis dicitur, illa est quando Princeps seu Superior plenè informat de facto, atque ejusdem facti circumstantiis perpenis confirmat cum cognitione cause cap. examinata, ubi Abbas de confirm. utri. Alex. conf. 1. numer. 8. & sequent. lib. 5. Molina supra, quando etiam apponitur clausula ex certa scientia hanc habet effectum, ut actum invalidum confirmet, Ant. Grabriel 11. commun. opinio. tit. de clausulis concl. 1. Quare quæ ad majorem cautelam statuti confirmandi tenor, vel illius substantia saltem compendiosè in confirmatione narratur, Panor. conf. 102. n. 3. lib. 1.

Ex quo sequitur concordiam initam inter Ludovicum Episcopum Burgensem, & Decanum & Capitulum ejusdem Sedis de anno 1492. die 10. Aprilis & confirmatam ab Alexandro Romano Pontifice eodem anno, die 29. Septembris, cum ibi confirmata specificè nartentur, esse concordiam confirmatam ex certa scientia. Item quæ eadem ratione dicendum est, de concordia interposita à D. Episcopo Barbaltrensi cum Decano & Capitulo suis confirmata per sanctissimum Paulum V. die 1. Decembris, anno 1615. erat tunc Episcopus DD. Joannes Moriz de Salazar vir pietate, prudentia, liberalitate, & literarum scientia insignis, & nunc Olcensem Ecclesiam quodam illius felicitate gubernans.

Secundo, sequitur quod si confirmatorium privilegium habeat clausulam ex certa scientia, etià si à Principe statuti tenor non nartetur, nihilominus statutum dicitur confirmatum ex certa scientia, ut cum multis DD. resolvit Rota dec. 36. n. 5. p. 2. divers. Si verò quod confirmatio fiat omnium statutorum generalis etiam ex certa scientia, non est referenda ad statuta inhonestæ, & illicita, Alex. conf. 59. n. 14. & 15. lib. 1. Rol. conf. 29. n. 32. lib. 1. quos sequitur Rota dec. 21. p. 1. in recentissimis, alios modos cognoscendi confirmationes specificas, five ex certa scientia invenies apud Ludovicum à Casanate propinquum meum ingenti acumine, & jurisprudentie notitia in seculo nostro celeberrimum, in Saravia de Alimntis.

tractatu de immunitate gabelle n. 312. plures cumulat novissime Aug. Barb. in pastoralis p. 1. tit. 3. c. 8. n. 76. An verò Cardinali confirmanti, & alienti se confirmare de mandato sedis Apostolicæ credatur in dec. Segunt. 339. p. 2. recentissimarum affirmative resolvitur.

Tertio, sequitur quod si pactum interponatur deperendo confirmationem à Sede Apostolica, intelligendum est de perenda confirmatione ex certa scientia, que manet præservata à dictis c. 4. & cap. 6. supra, non de confirmatione in forma commune, que parum vel nihil operatur, Cardin. conf. 44. n. 6. Imol. in d. c. penult. in fine de confirm. utri. vel innul. Curtius Jun. conf. 312. n. 6.

Quarto sequitur quod illud axioma inter nostros receptissimum scilicet ex duritate temporis præsumi confirmationem, de quo per Archidiaconum in c. nemo de consecr. dist. 1. Put. dec. 354. lib. 1. Rolando conf. 99. n. 27. lib. 3. quos refert & sequitur Rota dec. 638. in recollectis civilibus apud Farin. n. 2. novissime Ludov. dec. 52. declarat Coccin. dec. 340. esse intelligendum necessario de confirmatione in forma communi, nam si intelligeretur de confirmatione ex certa scientia non derogaretur à Trid. in d. c. 4. & in d. c. 6. consuetudo immemorialis, ut derogari probavimus sup. q. 24.

Quinto ex in his intelligit quæ celeberrimum decisionem Achillis de Grassis que est tertia sub titulo de pactis volentem concilium non substulisse concordias confirmatas, nam loquitur de confirmatione ex certa scientia, ut patet quia refert ad glof. verbo pacta in §. nos enim in Clem. fin. de sepultur. ubi glossa loquitur de confirmatione Sedis Apostolicæ ad rem super quam sententiam tulerat, judicis ea vis est, ut rescriptum contra eam obtentum in limine justiciæ rejiciat l. fin. c. sententia rescind. non posse, & diximus supra observatione 2. sententia enim lata concurret scientia, & cause cognitio, que confirmationem reddunt specificam, ut sacram Congregationem referens judicavit Rota dec. 743. n. 9. p. 1. diversorum.

Quibus suppositis quæ dissonantia supra posita consona manebit, si distinguatur inter confirmationem communem, & specificam, illam post Concilium in d. c. 4. & d. c. 6. defendendo non durare, sed istam irrevocatum manere, quod nulla declaratio sic adstruere videtur quam ea quam rescripti Sacra Congregatio 28. Aprilis anni 1593. his verbis: Concordia confirmatæ à Papa in forma communi cum qua concurret consuetudo, immemorialis fuisse à Tridentino c. 6. Sess. 25. derogatum.

Observa tamen pro coronide verba illa Conc. sess. 6. c. 4. (que tantum suos obligent auctores) non esse referenda ad concordias, sed ad iuramenta, ut Sacram Congregationem declarasse testatur Guillelmart ad dictum caput 4. pag. 681. ut supra q. 24. num. 25.

S V M M A R I V M.

Visitans non potest recusari quando non procedit in figuram iudicii, n. 1. Dicitio, tantum, est taxativa, n. 2. & 7. Appellatio à visitatione suspendit, si exdicitur modus, n. 3. Appellatio in visitatione regulariter non suspendit, n. 4. Confraternitates laicorum à visitatione non possunt appellare suspensivè, num. 5. Magistratus in Sicilia visitari nullo modo audiuntur appellantes, num. 6. Modus exceditur multis formis, n. 8.

QUESTIO VIGESIMASEXTA.

An interposita appellatio in visitatione suspendat, vel devolvat?

Et quod utrumque appellatio in hoc casu repellat, videtur probari, ex his que considerat Bas. Concellos divers. iur. arg. lib. 1. c. 19. n. 9. scilicet non esse verosimile Tridentinum voluisse, ut in quacumque causa visitationis appellatio non effectus suspensivus tolleretur unico verbo, quem jus Pontificium introduxit in cap. Roma. §. si vero non solum de appellat. in 6. & sic de facili fustulisse non est credendum, maxime & devolutivum argumento text. in l. si quando, C. de inoff. D.